
EVCLIDIS




Liber Mgri leonardj de dopßicze
Sacrorum canonu battalaurej
Collegiatj Maioris Collegij Ar
tistaz Datus pro libraria
Artistarum Study Cracovien

Hic scripti reperio in antiquo libro
M. Leonardus de dopszycze sacrae Theologiae et Canonum
Baccalaureus donavit domui (maioris Collegii) argenteum
vas rotundum et olla fictilis qui extremum diem
clausit feria quinta in die SS Fabiani et Sebasti-
ani circa horam XXij infectus aura pestilen-
tiali sub anno Christi 1508.

Latitudo


Longitudo




Propositis tribus punctis centrum invenire. Sint tria puncta a b c ipsis
... centro per puncto a et c fiat ... a c fiat circulus
a f q g et c circulus c g f intersecantes se ...
nota per quas intersectiones f g protrahe lineam f k g
et ... describe circulum a d e c et circulum b d c
per intersectiones ... duas ... lineam d ...
ubi due linee in puncto concurrunt k est centrum circuli
... constat



h[ec] que allegantur in interposita 10a 2i euclidis et figura inchoata ita posita est circa textum parte







Elementa Euclidis
Regula Falsi apud
Illos augmenti et de
crementi appellata et
alia opuscula Mathematica.

Datum angulum in tria equa divide. Sit angulus datus c volo ipsum dividere in 3es equales angulos quod sic facio pono super c centrum circuli describo circulum quantumcumque contingat et protraho latera continentia datum angulum usque quo secent circumferentiam in punctis a et b tunc a puncto c quod est centrum circuli duco lineam cd perpendicularem ad lineam cb et in linea cd assigno punctum e a quo duco lineam equidistantem cb usque quo secet circumferentiam circuli in puncto f et produco c usque a. Deinde protraho lineam gh equidistantem fh quousque gh transeat per centrum et duco lineam fg equidistantem ec et traho lineam cb in continuum et directum usque ad l quia stat linea fg orthogonaliter in puncto o et per equalia divido ergo quia arcus lg est equalis arcui hb ... et angulus lgc equalis angulo hcb cum sint contra posita. Cum igitur arcus fg sit duplus arcui lg erit etiam duplus arcui hb sed arcus fg est equalis arcui ah cum sint inter duas lineas equidistantes que sunt fa et gh ergo arcus ah est duplus arcui hb ergo et angulus ach est duplus angulo hcb divido ergo angulum ach per equalia per lineam cm et habeo propositum

Infra datum circulum nonagonum equilaterum atque equiangulum designare quod sic fiet sicut mihi doctrina 2e quarti inscribo circulo assignato triangulum equilaterum atque equiangulum qui sit abc et unumquemque angulorum eius divido per tria equalia et protraho lineas dividentes angulos usque ad circumferentiam et tunc quia novem anguli locati in circulo sunt equales erunt arcus suppositi ipsis angulis sibi equales. protraham ergo cordas subtractas singulis arcubus et habebo intentum


Vide potius Triumphum Mathematicum Analyseos Adriani Romani. Nam huic scripturae non quadrat in sinistra parte figura anguli divisi in tres partes ad Signum ⊗ cum D C non sit perpendicularis ad CB.


p(ro)p(ri)etas Nicolai Dursa

Multiplicatio s(emidiametri) lin(e)e i(n) medietate(m) p(er)iferie eq(ua)t(u)r embado poligonii

2a

P(er)iferia poligonii q(uod) c(ir)c(u)msc(ri)pta c(ir)c(u)lo (est) maior p(er)iferia c(ir)c(u)li tanto plus q(uan)to ha-
buit pauciora lat(er)a. Co(n)t(ra)riu(m) s(i) c(ir)c(u)lo fu(er)it i(n)sc(ri)pta





Translacio boecii que habet diffiniciones primi libri
Euclidis

Mensura est quicquid pondere capacitate longitudine altitudine latitudine animoque finitur.
Principium autem mensure punctum. Punctum est cuius pars nulla est. Linea vero sine latitudine est
longitudo. Linee vero fines puncta sunt. Recta linea est que ex equali in suis protenditur pun-
ctis. Superficies vero est quod longitudine latitudineque tantum constat. Superficiei autem fines linee
sunt. Plana superficies est que equaliter in rectis suis lineis continetur. Planus angulus
est duarum linearum invicem sese tangentium et non in directo iacentium ad alterutram contractio.
Quando autem qui angulum continent linee recte fuerint tunc rectilineus angulus nominatur.
Cum vero recta linea stans super rectam lineam circumse equos sibi fecerit angulos rectus
est uterque angulorum. et linea super rectam lineam stans perpendicularis dicitur.
Obtusus angulus maior recto est. Acutus autem angulus recto minor est. Figura
est que sub aliquo vel aliquibus terminis continetur. Terminus vero quod cuiusque est finis. Circulus vero est
figura quedam plana et circumducta et sub una linea contenta que circumferencia vocatur ad quam
a puncto quod intra figuram est posito omnes que incidunt recte linee sibimet sunt equales.
Hoc vero punctum centrum circuli nominatur. Dyametrus autem circuli est recta quedam linea per centrum
ducta et ab utraque parte in circumferencia circuli terminata que in duas equas partes circulum dividit. Semicircu-
lus vero est plana figura que sub dyametro et ea quam dyametrus apprehendit circumferencia continetur.
Rectilinee figure sunt que sub rectis lineis continentur. Trilatera quidem figura est que sub tribus rectis
lineis continetur. Quadrilatera autem que sub quatuor. [illegible] vero mensuralis est linea
que a [illegible] obsurdatur [illegible] terminos obsunatur. Multilatera itaque figura est que sub plu-
ribus quam quatuor lateribus continetur. Equilaterum est triangulum quod tribus equis lateribus continetur. Ysosceles
autem quod duo tantum latera habet equalia. Scalenum vero quod tria latera habet inequalia. Amplig[onium]
[illegible] Figurarum orthogonium quidem triangulum est quod habet angulum unum rectum. Amblygo-
nium est quod obtusum habet angulum. Oxigonium vero in quo tres anguli sunt acuti. Quadrilatarum
vero figurarum quadratum vocatur quod est equilaterum atque rectangulum. Parte altera longius vero est quod
rectangulum quidem est sed equilaterum non est. Rombos vero est quod equilaterum quidem est sed rectangulum
non est. Romboides autem est quod in contrarium collocatas lineas atque angulos habet equales non
autem rectos angulos nec equis lateribus continetur. Preter hec autem omnia quadrilatera sic trapezia id est men-
salia nominantur. Paralelle id est alterne recte linee nuncupantur que in eadem plana superficie collo-
cate atque utrimque productae in neutra parte concurrunt. [illegible] vero sive postulata ut
veteribus placuit dicuntur quinque sunt. Prima ut ab omni puncto in omne punctum recta
linea ducatur postulat. Secundum ut definita recta linea in continuum rectumque produ-
catur admonet. Tercia omni centro et omni spacio circulum designare precipit. Quarta
omnes rectos angulos sibi equos esse. Quinta autem si in duas rectas lineas
linea recta incidens interiores duos angulos et in eadem parte duobus rectis fecerit
minores rectas lineas in infinitum productas ad eas partes in quibus duo interiores anguli duo-
bus rectis minores sunt coincidere necesse est.

[P]unctus est cuius pars non est. Linea est longitudo sine latitudine cuius extre- 1
mitates sunt duo puncta. Linea recta est ab uno puncto ad alium extensio 2
in extremitates suas utrumque eorum recipiens. Superficies est que longitudinem et lati- 3
tudinem tantum habet cuius termini quidem sunt linee. Superficies plana est ab una linea ad aliam 4
extensio in extremitates suas eas recipiens. Angulus planus est duarum linearum alternus contactus 5
quarum expansio est super superficiem applicatioque non directa. Cum autem due linee que continent angulum sunt 6
recte rectilineus angulus nominatur. Cum autem recta linea super rectam steterit lineam duoque utrobique an- 7
guli equales fuerint, eorum uterque rectus erit. Lineaque linee superstans ei cui superstat perpendicularis vocatur. 8
Angulus vero qui recto maior est obtusus vocatur. Angulus minor recto acutus appellatur. Terminus 9 10 11
est quod uniuscuiusque finis est. Figura vero est que termino vel terminis continetur. Circulus est figura pla- 12 13
na una quidem linea contenta que circumferentia dicitur in cuius medio est punctus a quo omnes linee ad cir-
cumferentiam exeuntes sibi invicem sunt equales. Et hic punctus centrum circuli dicitur. Diameter circuli est 14 15
linea recta que super centrum eius transiens extremitatesque suas circumferentie applicans circulum in duo me-
dia dividit. Semicirculus est figura plana diametro circuli et medietate circumferentie contenta. Por- 16 17
tio circuli est figura recta linea et parte circumferentie contenta semicirculo aut maior aut minor existens.
Rectilinee figure sunt que rectis continentur lineis, quarum quedam trilatere que tribus rectis lineis, quedam quadrilatere 18 19 20
que quatuor rectis lineis, quedam multilatere que pluribus rectis lineis quam quatuor continentur. Figurarum trilaterarum alia est 21 22
triangulus tria habens latera equalia. Alia triangulus duo habens latera equalia. Alia trium inequalium la- 23 24
terum. Harum iterum alia est orthogonium unum scilicet rectum angulum habens. Alia ambligonium habens aliquem 25 26
angulum obtusum. Alia oxigonium in qua tres anguli sunt acuti. Figurarum autem quadrilaterarum alia est qua- 27
dratum equilaterum atque rectangulum. Alia est tetragonus longus estque figura rectangula sed equilatera 28
non est. Alia est helmuaym estque equilatera sed rectangula non est. Alia est similis helmuaym 29 30 31
que opposita latera atque oppositos angulos habet equales, tamen nec rectis angulis nec equis lateribus continetur. Preter has autem
omnes quadrilatere figure elmuariphe nominantur. Equedistantes linee sunt que in eadem superficie col- 32
locate atque in alterutram partem protracte non conveniunt etiam si in infinitum protrahantur.

Petitiones sunt quinque. A quolibet puncto in quemlibet punctum rectam lineam ducere. Atque lineam definitam in
continuum rectumque protrahere. Super centrum quodlibet quantumlibet occupando spacium circulum de-
signare. Omnes rectos angulos sibi invicem esse equales. Si linea recta super duas rectas lineas ceciderit
duoque anguli ex una parte duobus rectis angulis minores fuerint, illas duas lineas in eandem
partem protractas proculdubio coniunctum iri. Item duas rectas lineas nullam superficiem concludere.

[C]ommunes animi conceptiones sunt octo. Que uni et eidem sunt equalia et sibi invicem sunt equalia. Et si 1 2
equalibus equalia addantur omnia que fient equalia. Et si ab equalibus equalia auferantur que relinquuntur que 3
residua erunt equalia. Si inequalibus equalia addas tota que fient inequalia. Si fuerint due res 4 5
quarum una et eadem sit equalis, utraque earum erit equalis alteri. Si fuerint due 6
res quarum utraque unius et eiusdem dimidium fuerit, ipse sibi invicem equales erunt. Si aliquid 7
alicui supraponatur applicetque ei nec excedat alterum alterum, sibi invicem sunt equalia. Omne totum 8
est maius sua parte.


Sciendum autem quod preter has communes animi conceptiones multas alias [illegible] sunt [illegible] quas
supposuit Euclides [illegible] due quantitates equales ad quantitatem [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] maiorque [illegible] equales [illegible] alia [illegible] continuas ad
aliam [illegible] [illegible] [illegible] ad aliam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] equales magnitudo [illegible]
[illegible] in infinitum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] multiplex [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] magnitudo minuitur in infinitum.

Prima. Triangulum equilaterum supra datam lineam rectam collocare. Sit data linea recta a b volo
super ipsam triangulum equilaterum constituere. Super alteram eius extremitatem scilicet in puncto a ponam pedem
circini immobilem et alium pedem mobilem extendam usque ad b et describam secundum quantitatem ipsius linee date per
secundam petitionem circulum c b d f. Super aliam extremitatem scilicet b [illegible] et per eandem petitionem [illegible]
[illegible] circulum c a d h [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in duobus punctis que sint c et d, et a altero duorum punctorum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] d a d b per primam petitionem. [illegible] a puncto a quod [illegible]
[illegible] circuli c b d f [illegible] linee a b et a d usque ad circumferentiam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] a puncto b quod est centrum circuli c a d h [illegible] linee b a et b d usque ad circumferentiam
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] equales [illegible] [illegible] [illegible] linea a d et b d equalis est linee a b
[illegible] [illegible] per eandem diffinitionem erit equales [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] per primam conceptionem quod est propositum. [illegible] [illegible] data linea collocemus
triangulum equilaterum quod est propositum. Si autem super datam lineam libeat ponere reliquas species
trianguli [illegible] [illegible] equalia latera [illegible] [illegible] [illegible] protraham lineam a b in utramque partem
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] duo puncta f et h [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a linee [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] linee b [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] linee a b et a f [illegible] [illegible] [illegible] c b d f ad
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] b a et b [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] c a d h usque ad [illegible] [illegible]

Linea — punctus; linea recta; superficies; angulus planus, rectus, obtusus, minor acutus; linea perpendicularis; figura; circulus; diameter; semicirculus; portio circuli maior, minor; triangulus orthogonius, ambligonius, oxigonius; ysocheles; scalenon; ysopleuros; quadratum; tetragonus; elmuaym; similis elmuaym; elmuariphe; linee equedistantes.


Incipiunt [illegible]

Propositiones primi libri pratice sunt 13: 1 2 3 9 10 11 12 22 23 31 42 44 45




et ipse erit equalis ... ad utraque linearum equalium a f et b h, et equalis linee a b: ipse igitur erit equalis. Igitur posita a b, quia erit b f equalis a h, sed b f est equalis b g, quia ambe exeunt a centro circuli e f g ad circumferentiam eius, et similiter a h est equalis a g, quia exeunt a centro circuli e h g ad eius circumferentiam, ... b g est equalis a g, et utraque ... est maior a b, eo quod utraque duarum linearum b f et a h maior est a b. Super datam igitur lineam collocavimus triangulum duum equalium laterum. Triangulum autem trium equalium laterum super eandem lineam collocavimus. Si aliquod punctum ... in circumferentia alterius duorum circulorum maiorum ... et alterum ... non obviet linea f h ... in utramque partem protracta fuit in ... et directum, ... duas lineas ... ab ambabus extremitatibus linee date, scilicet a b, ... ad punctum k, positum in circumferentia circuli e f g, et non sit in alterius ... occurrat ei f h ... protrahatur in ... et directum usque ad eius circumferentiam ... protraham lineas a k et b k, et secabit linea a k circumferentiam circuli e h g, secet igitur in puncto l, eritque b k equalis a l, quia b k est equalis b g, et a l equalis a g; quare a k est maior b k, sed et b k est maior a b. Igitur triangulus a b k est trium inequalium laterum. Sic igitur super datam lineam collocavimus triangulum equilaterum et duum equalium et trium inequalium laterum.

2a. A dato puncto cuilibet recte linee proposite equalem lineam rectam ducere.




Sit a punctus datus, b c linea proposita. Volo a puncto ducere unam lineam equalem b c ... sed contingit ... punctum a ... exemptum linee b c, cum qua volueris puta c, per lineam a c ... triangulum equilaterum ... pedem circini in ... c et ... secundum quantitatem date linee, et sit circulus e b, et latus trianguli quod opponitur puncto dato sit d c; protraham per centrum circuli ... ad circumferentiam in puncto e, et sit tota linea d e ... posito centro in puncto d ... sit e f ... latus d a usque ad circumferentiam circuli e f ... et occurrat circumferentie ... in puncto f. Dico igitur quod a f est equalis b c, nam c b et c e sunt equales, quia exeunt a centro circuli e b ad circumferentiam eius; similiter quoque d f et d e sunt equales, quia exeunt a centro circuli e f ad circumferentiam eius; sed et d a et d c sunt equales, quia sunt latera trianguli equilateri; si ergo d a et d c demantur de d e et d f, erunt residua, que sunt a f et c e, equalia. Et quia utraque linearum, que sunt a f et b c, est equalis c e, ipse inter se erunt equales. A puncto ergo dato protraximus lineam a f equalem linee b c, quod fuit propositum.

3a. Propositis duabus lineis inequalibus de longiore earum equalem breviori abscindere.



Sint due linee date a b et c d, a b minor. Volo ex c d abscindere unam que sit equalis a b. A puncto c protraham lineam equalem a b ... precedentem, que sit c e. Posito igitur centro in puncto c, describam circulum secundum quantitatem c e, qui secabit lineam c d ... ut secet in puncto f. Erit linea c f equalis linee c e, quia ambe exeunt a centro eiusdem circuli ad circumferentiam eius. Et quia utraque illarum duarum linearum a b et f c est equalis c e, ipse inter se sunt equales.

4a. Omnium duorum triangulorum quorum duo latera unius duobus lateribus alterius sunt equalia, quod est propositum, duoque anguli illorum illis eorum lateribus inclusi equales fuerint, basis basi erit equalis, et reliqui anguli pariter respicientes equalia latera erunt equales, ac totus triangulus toti triangulo.



Sint duo trianguli a b c, d e f, sitque latus a b equale lateri d e, et latus a c equale lateri d f, et angulus a equalis angulo d. Dico quod basis b c est equalis basi e f, et angulus b angulo e, et angulus c angulo f, quod sic probatur. ... ponam triangulum a b c supra triangulum d e f, ita quod angulus a cadat supra angulum d, et latus a b supra latus d e, latusque a c supra latus d f, per communem penultimam conceptionem, quod ut latera ut anguli se comprehendunt, eo quod angulus a est equalis angulo d, et latera supposita hiis que supponuntur per ypothesim. Punctum igitur b cadet supra e, et c supra f. Si igitur linea b c cadit supra lineam e f, per propositum ... linea b c supponatur linee e f, ut comprehendat cum ut comprehendatur ab ea, et ei equalis per penultimam conceptionem. Et eadem ratione angulus b erit equalis angulo e, et angulus c angulo f. Si autem linea b c supra lineam e f non cadat, sed cadit extra, ... secundum lineam e g f, vel citra secundum lineam e h f, tunc due linee recte claudent superficiem, quod est contra ultimam petitionem.

5a. Omnis trianguli duum equalium laterum, angulos qui supra basim sunt equales esse necesse est. Quod si eius latera directe protrahantur, fient quoque sub basi duo anguli invicem equales.

Sit triangulus a b c, cuius latus a b sit equale lateri a c. Dico quod angulus a b c est equalis angulo a c b, ... protrahantur a b et a c usque ad d et e, sitque angulus d b c equalis angulo e c b. ... ab et a c per ... ad equale a e, et protraham lineas e b et c d, et intelligam duos triangulos a b e et a c d, quos probo esse equilateros et equiangulos. ... duo latera a b et a e trianguli a b e equalia duobus lateribus a c et a d trianguli a c d, sed angulus a est communis utrique. Per primam igitur basis b e est equalis basi c d, et angulus d angulo e, et angulus a b e angulo a c d. ... intelligo duos triangulos d b c et e c b, quos similiter probo esse equiangulos et equilateros. Nam duo latera d b et d c trianguli d b c sunt equalia duobus lateribus e c et e b trianguli e c b, et angulus d angulo e, igitur per precedentem et basis basi, et reliqui anguli reliquis angulis. Igitur angulus d b c est equalis angulo e c b, et hoc est secundum propositum. ... quod anguli sub basi sunt equales, et angulus d c b est equalis angulo e b c, ... totus a b e est equalis toti a c d, ut probatum est. Igitur angulus a b c residuus est equalis angulo a c b residuo, quorum uterque est supra basim. Et hoc est primum propositum.

6a. Si duo anguli alicuius trianguli equales fuerint, duo quoque latera eos illos respicientia equalia erunt.

Hec est quasi conversa ... ad primam partem eius. Sit enim triangulus a b c, cuius duo anguli b et c sint equales. Dico quod latus a b est equale lateri a c. Si enim non sunt equalia, erit alterum maius, et sit a b, ... ad equalitatem a c per tertiam, ut sit ... ad partem a, et terminetur in puncto d, sitque d b linea equalis a c, et ducatur linea d c. Intelligo igitur duos triangulos a b c et d b c, quos probo esse equiangulos et equilateros.

[illegible]

sunt enim duo latera d b et b c trianguli d b c equalia duobus lateribus a c et c b trianguli a c b et angulus b ... angulo c totali, ergo basis d c erit equalis basi b a, et angulus d c b equalis angulo a b c, sed angulus a b c est equalis angulo a c b per ypothesim, ergo d c b angulus est equalis angulo a c b, pars videlicet toti, quod est impossibile.

7ª Si a duobus punctis alicuius linee exeuntibus due linee ad punctum unum concurrentes exierint, ab eisdem punctis alias duas lineas singulas singulis collateralibus equales que ad alium punctum concurrant ad eandem partem educi est impossibile. Sit linea a b, a cuius extremitatibus ducantur due linee in parte una que concurrant in eodem puncto puta c. Dico quod in eadem parte non protrahentur ab extremitatibus a b linee que concurrant ad alium punctum equales suis collateralibus. Et si fuerit possibile protrahantur ab eisdem punctis alie due concurrentes ad aliud punctum in eadem parte que concurrant in puncto d, et sit linea a d equalis linee a c, et linea b d equalis linee b c per adversarium. Aut ergo punctus d cadet intra triangulum a b c, aut extra, vel in altero laterum scilicet a c et b c ... quare sequitur pars esset equalis toti. Si autem cadet extra aut altera linearum a d et b d secabit alteram linearum a c et b c aut neutra neutram secabit. Primo altera alteram, et protrahatur linea c d, quare trianguli a c d duo latera a c et a d sunt equalia, erit angulus a c d equalis angulo a d c per quintam. Similiter quia trianguli b d c duo latera b c et b d sunt equalia, erit angulus b c d et b d c equales per eandem. Et quia angulus b d c est minor angulo a d c, sequitur angulum b c d esse maiorem a c d, scilicet partem suo toto, quod est impossibile. Si autem d cadet extra triangulum a b c sic quod linee non secent se, protraham lineam d c et producam b c et b d super basim usque ad f et ad e, et quia linee a c et a d sunt equales, erunt anguli a c d et a d c equales per quintam; similiter quia b c et b d sunt equales, erunt anguli sub basi qui sunt c d f et e c d equales per secundam partem eiusdem. Cum ergo angulus e c d minor sit angulo a c d, sequitur angulum f d c esse minorem angulo a d c, quod est impossibile. Eodem modo arguetur si d punctus cadat intra triangulum a b c.

8ª Omnium duorum triangulorum quorum duo latera unius duobus lateribus alterius fuerint equalia basisque unius basi alterius equalis, illos duos angulos eorum lateribus contentos equales esse necesse est. Sint duo trianguli a b c, d e f, sitque a c equalis d f, et b c equalis e f, et a b equalis d e. Dico quod angulus c ... est equalis angulo f, et angulus a angulo d, et angulus b angulo e. Superponatur basis a b basi d e, que cum sint equales neutra excedit alteram per communem conceptionem penultimam. Aut ergo punctus c cadet super punctum f aut non; si sic, quia angulus c suppositus est angulo f et neutra excedit reliquam, ipsi sunt equales per penultimam conceptionem. Similiter arguens reliquos angulos esse equales. Si autem punctus c non cadit super f, sed super quemlibet alium punctum, sit ille punctus g, quare erit e g equalis e b ... d g equalis a c, erit e g equalis e f, et d g equalis d f, quod est impossibile.

9ª Datum angulum per equalia secare. Sit datus angulus quem dividere oportet a b c lineis... propositis ... et produco lineam a c, super quam constituo triangulum equilaterum ... sint a b et b c ponantur equales per tertiam, et produco lineam a c, supra quam constituo triangulum equilaterum ... intelligo triangulos laterum a d c, et protraham lineam b d. Dico ergo quod ipsa dividit datum angulum per equalia. Intelligo triangulos a b d, c b d; et latera duo a b et b d trianguli a b d sunt equalia duobus lateribus c b et b d trianguli c b d, et basis a d basi c d, ergo per precedentem angulus a b d est equalis angulo c b d, quod erat propositum.

10ª Propositam lineam rectam per equalia dividere. Sit proposita linea quam oportet dividere per equalia a b, super ipsam constituam triangulum per primam huius equilaterum a b c, et angulum c dividendo per equalia per lineam c d. Dico quod linea c d dividit datam lineam a b per equalia. Intelligo namque duos triangulos secundum doctrinam precedentis. Dico quod linea c d dividit ... intelligo triangulos a c d, b c d, quorum duo latera a c et c d trianguli a c d sunt equalia duobus lateribus b c et c d trianguli b c d, et angulus c unius angulo c alterius, ergo per quartam basis a d basi b d erit equalis, quod fuit propositum.

11ª Data linea recta a puncto in ea assignato perpendicularem exhibere, duobus quidem angulis equalibus ac rectis utrimque subnixam. Sit data linea a b, in qua sit punctus datus c, a quo oportet perpendicularem exhibere. Pono per tertiam huius lineam c b equalem a c, et super totam a b constituo triangulum equilaterum a b d, et protraho lineam c d. Dico quod ipsa est perpendicularis super lineam a b. Intelligo duos triangulos a c d et b c d, et quia duo latera a c et c d trianguli a c d sunt equalia duobus lateribus b c et c d trianguli b c d, et basis a d basi d b, erit angulus a c d equalis angulo b c d per 8am, quare uterque eorum erit rectus per diffinitionem anguli recti, et linea c d perpendicularis super lineam a b per diffinitionem linee perpendicularis, quod est propositum.

12ª A puncto extra assignato ad datam lineam indefinite quantitatis perpendicularem ducere. Sit a punctus signatus extra lineam b c, a quo ad ipsam oportet nos ducere perpendicularem. Protraham lineam b c in utramque partem quantum libuerit, et super punctum a describam circulum b c sic ut secet lineam datam in punctis b c, et ... protraham lineas a b et a c, et dividam angulum b a c per equalia per lineam a d secundum doctrinam none. Dico quod a d est perpendicularis super lineam b c. Intelligo duos triangulos a b d et a c d, et quia duo latera a d et a b trianguli a b d sunt equalia duobus lateribus a c et a d trianguli a c d, et angulus a unius angulo a alterius, erit per quartam basis d b equalis basi d c, et angulus a d b equalis angulo a d c, quare uterque eorum rectus, et linea a d perpendicularis super lineam b c per diffinitionem anguli recti et linee perpendicularis, quod est propositum.

13ª Omnis recte linee super rectam lineam stantis duo utrobique anguli sunt recti aut duobus rectis equales. Sit quod linea a b stet super lineam c d, que si fuerit super eam perpendicularis, facit duos angulos rectos per diffinitionem. Si autem non fuerit super eam perpendicularis, a puncto b educatur e b perpendicularis super c d per 11am; erit per diffinitionem ... erunt duo anguli d b a et a b e ... duo anguli e b c et e b d recti per diffinitionem ... angulo d b e ... cum angulo c b e erit equales duobus rectis ... anguli qui sunt d b a, a b e et e b c

sunt equales duobus rectis, sed c b a est equalis duobus qui sunt c b e et e b a, igitur duo anguli c b a et a b d sunt equales duobus rectis quod est propositum. Ex quo patet totum spacium quod est in qualibet superficie plana circa punctum quodlibet, esse quatuor rectis angulis esse equale. non exit ad 13ª quia sicut replent locum super superficiem de quo 3º celi.

13ª Si due linee a puncto unius linee in diversas partes exierint, duosque circa se angulos rectos aut duobus rectis equales fecerint, ille due linee sibi directe coniuncte sunt et linea una dicetur. Sit ut a puncto b linee a b exeant linee due in oppositas partes que sint b c et b d et faciant duos angulos qui sunt c b a et d b a equales duobus rectis, tunc dico quod due linee c b et b d sunt sibi invicem directe coniuncte et sunt linea una. et hoc est conversa precedentis. quod si non fuerit linea per adversarium una, tunc protrahatur c b in continuum et directum quod quia non est linea una cum b d transibit supra eam ut b e aut infra eam ut b f. Transeat supra linea recta que est c b e. Cadit linea a b erit anguli c b a et e b a equales duobus rectis per precedentem. et quia omnes recti anguli sunt equales per 3m petitionem anguli c b a et d b a sunt equales duobus rectis per ypotesim erunt duo anguli c b a et e b a equales duobus angulis c b a et d b a, communi igitur angulo c b a dempto erit angulus e b a equalis angulo d b a pars toti quod est impossibile. Similiter probabitur angulum d b a esse equalem angulo f b a si forte adversarius concesserit lineam c b protractam cadere infra b d.

14ª Omnium duarum linearum rectarum se invicem secantium omnes anguli contra se positi sunt equales. Unde manifestum est quotiescumque due linee recte se invicem secant quatuor qui fiunt angulos quatuor rectis esse equales. Sit due linee a b et c d se invicem secantes in puncto e. Dico quod angulus b e d equalis est angulo a e c, et angulus b e c angulo a e d. Probatio. cum per 13m duo anguli a e c et c e b equales duobus rectis. Similiter quoque duo anguli c e b et b e d equales duobus rectis per eandem. Quare duo primi equales sunt duobus extremis eo quod omnes recti anguli sunt equales per 3m petitionem. Dempto igitur communi angulo qui est c e b erit angulus a e c equalis angulo d e b. Eodem modo probatur quod angulus c e b sit equalis angulo a e d.

16ª Si quodlibet laterum trianguli directe protrahatur fiet angulum extrinsecum utroque angulo trianguli sibi intrinsecus opposito maiorem. Sit ut trianguli a b c latus a b protrahatur usque ad d. Dico quod d b c maior est utroque duorum angulorum intrinsecorum sibi oppositorum qui sunt b a c et b c a. Dividam per 10m huius lineam c b per equalia in puncto e et protraham lineam a e per e usque ad f ita ut e f fiat equalis a e per 3m, et protraham lineam f b, intelligo itaque duos triangulos c e a et b e f, et quia duo latera a e et e c trianguli a e c sunt equalia duobus lateribus f e et e b trianguli f e b et angulus e unius angulo e alterius per 14m quia contra se positi. Erit igitur per 4m angulus e c a equalis angulo e b f, et ideo angulus e b d maior est angulo b c a. Similiter quoque probabitur quod est maior angulo c a b, nam dividam a b in puncto g per equalia per 10m, et protraham lineam c g h et ponam lineam c g equalem linee g h per 3m. postremo protraham h b. erunt quoque duorum triangulorum qui sunt a g c et b g h duo latera a g et g c primi equalia duobus lateribus b g et g h secundi et angulus g unius angulo g alterius per 14m igitur per 4m angulus g a c est equalis angulo g b h, quare per 14m et per b d et quia angulus c b d est maior angulo per b d et etiam est maior angulo b a c quod est propositum.

17ª Omnis trianguli quilibet duo anguli duobus rectis sunt minores. Sit triangulus a b c, dico quod quilibet duo eius anguli duobus rectis sunt minores. protrahatur enim unum latus eius ut a c usque ad d, eritque per precedentem angulus extrinsecus maior a et maior b, sed c extrinsecus cum c intrinseco est equalis duobus rectis per 13m, igitur anguli b c a intrinseci, scilicet anguli a c intrinseci sunt minores duobus rectis. Similiter si protrahatur latus b a probabitur quod duo anguli a et b sunt minores duobus rectis.

18ª Omnis trianguli longius latus maiori angulo oppositum est. Sit ut in triangulo a b c angulus a sit maior angulo c. Dico quod latus c b maius est latere a b, si enim sit equale erit per 5m angulus a equalis angulo c quod est contra ypotesim, si autem a b sit maius resecetur ad equalitatem c b per 3m, sitque d b equale c b et protraham lineam c d, erit igitur per 5m angulus b d c equalis angulo b c d, sed b d c est maior angulo b a c per 16m, igitur b c d est maior b a c, quare multo fortius erit maior a c b pars toto quod est impossibile.

19ª Omnis trianguli maior angulus longiori lateri est oppositus. Sit ut in triangulo a b c latus c b sit maius latere a b. Dico quod angulus a erit maior angulo c, et est conversa precedentis. Si enim sit equalis tunc per 6m latus a b erit equale lateri c b, quod est contra ypotesim, si autem c sit maior tunc per precedentem latus b a est maius latere b c, quod est contra ypotesim, quare sequitur propositum.

20ª Omnis trianguli quelibet duo latera simul iuncta tertio reliquo sunt longiora. Sit triangulus a b c. Dico quod duo latera a b et a c simul iuncta sunt longiora b c. protrahatur enim b a usque ad d ita ut a d sit equalis a c per 3m, et protrahatur c d, eritque per 5m angulus a c d equalis angulo d, quare b c d est maior angulo d. igitur per 18m latus b d erit maius latere b c, sed b d est equale b a et a c, quare b a et a c simul iuncta sunt longiora b c quod est propositum.

21ª Si a duobus punctis finalibus unius lateris trianguli due linee exeuntes intra ipsum triangulum ad punctum unum concurrant, eedem duabus reliquis eiusdem trianguli lineis breviores erunt et maiorem angulum continebunt. Sit ut in triangulo a b c, ab extremitatibus b c concurrant due linee b d et c d ad punctum d intra triangulum a b c. Dico quod ipse simul iuncte sunt breviores duabus lineis a b et a c simul iunctis, et quod angulus d est maior angulo a. protraham b d usquequo secet a c in puncto e, eritque per 20m b a et a e simul iuncte maiores b e, igitur b a et a c sunt multo fortius maiores b e et e c. Item d e et e c simul iuncte per eandem sunt maiores d c, quare b e et e c ut prius est plus, erunt multo fortius maiores b d et d c quod est primum propositum. Et quoniam angulus b d c est maior angulo d e c per 16m, et angulus d e c maior angulo e a b per eandem, erit angulus b d c multo fortius maior angulo b a c quod est secundum propositum.

Dicitur est ut angulum a triangulo primo quia omnis triangulus est figura ... differt figura et angulus ... talis non est figura quia non clauditur 2º quia ... lineis angulus ... duo 3º quia triangulus includit ... angulos ... angulus ...

... equalitatem ... equilaterus ... attendi per ... angulos ... latera ... attendi per longitudinem laterum ... quia sunt ... ysocheles ... scalenon ...

22a Propositis tribus rectis lineis quarum due quelibet simul iuncte sint reliqua longiores, de tribus aliis rectis
lineis sibi equalibus triangulum constituere. Sint tres linee recte proposite a b c, et sint quelibet due simul
iuncte longiores reliqua, aliter enim ex tribus equalibus triangulus non posset constitui per 20am. Cum igitur ex tribus equalibus
volo constituere triangulum, pono lineam rectam que sit d e, cuius non pono finem a parte e, de qua sumo per 3am
d f equalem a, et f g equalem b, et g h equalem c, factoque f centro describo secundum quantitatem f d circulum d k l, item facto g
centro describo secundum quantitatem g h circulum h k l, quos oportet intersecare se in duobus punctis, quorum unum sit k, alioquin
sequeretur una datarum linearum esse equalem aliis duabus simul iunctis, aut maior eis, quod est contra positionem. Quod si
non intersecarent se, tunc aut contingerent se, et linea f g esset equalis duabus lineis scilicet d f et g h per diffinitionem circuli; aut
circumferentia unius includit circumferentiam alterius, et tunc f g esset maior reliquis duabus per diffinitionem circuli, ad
intelligendo partem linee f g que intrat duas circumferentias circulorum, quod est contra positionem. Duco igitur lineas k f et k g,
eritque triangulus f g k constitutus ex tribus lineis equalibus lineis a b c datis. Sunt enim f d et f k equales, quia
a centro ad circumferentiam, quare g k est equalis c. Similiter quia g f sumpta fuit equalis b, patet propositum.

quia f k et f d equalis a, similiter quia g h et g k equales quia a centro ad circumferentiam

23 Data linea recta super terminum eius cuilibet proposito angulo equum angulum designare.
Sit data linea f e, et sit linee b et a continentes angulum datum cum subtendente basi c, sitque punctum f linee
e f in quo volo facere angulum equalem angulo dato. Ad lineam e f adiungo f d equalem linee a, ~~[...]~~
~~[...]~~ et ex f e sumo f g equalem b, et ex g e sumo g h equalem c, et super puncta f et g describo
duos circulos d k, h k, secundum quantitates duarum linearum f d et g h, intersecantes se in puncto k, productis
ductisque lineis k f et k g, duo latera k f et f g trianguli k f g erunt equalia duobus lateribus
a et b trianguli a b c, et basis g k basi c; igitur per 8am angulus k f g erit equalis angulo contento ab a et b, quod est propositum.

24a Omnium duorum triangulorum quorum duo latera unius duobus alterius fuerint equalia, si fuerit angulorum
sub illis lateribus contentorum alter altero maior, basis quoque eiusdem basi alterius maior erit.
Sint duo trianguli a b c, d e f, sitque duo latera a b et a c equalia duobus lateribus d e et d f, unumquodque
suo relativo, sitque angulus a maior angulo d. Dico quod basis b c maior erit basi e f. Faciam enim
mixta doctrina premisse angulum e d g equalem angulo a, eritque angulus e d f pars eius, et ponam d g equalem
a c, et protraham e g, que aut transibit super e f, ut faceret linea d f, aut supra e f, ut sit secundum lineam unam cum e
infra. Transeat primo super, et protrahatur linea f g, et quia a b et a c latera trianguli a b c sunt equalia e d
et d g lateribus trianguli e d g, et angulus angulo d toti, erit per 4am huius basis b c equalis basi e g.
Atque quia d g et d f sunt equales, namque uterque est equalis a c, erit per 5am angulus d f g equalis angulo toti
d g f e f g, quare d f g maior est f g e, igitur e f g multo fortius maior est eodem f g e, igitur per 18am latus
e g maius est latere e f, quare et b c maior e f, quod est propositum. Si vero e g transeat per e f et
sit linea una, tunc e f erit pars e g, per ultimam conceptionem patet propositum. Si vero e g transeat sub e f,
protrahantur due linee d f et d g que sunt equales ut prius quousque ad k et ad h, fientque per 5am partem sub basi
anguli k f g et f g h equales, quare angulus e f g maior est angulo f g e, igitur per 18am latus e g maius
est latere e f, quare b c maior est e f, quod est propositum. Istud ultimum membrum potest probari per 21am, propter hoc quia
cum erit in dispositione 3a, due linee d e et e g maiores duabus d f et f e, et quia d g est equalis d f,
propter hoc quod a b c sunt equales a c, et e g maior e f, quare et b c maior eadem, quod est propositum.
Alius tamen est demonstrare posito modo ut in 21a probando argumentum per quintam.


25a Omnium duorum triangulorum quorum duo latera unius duobus lateribus alterius fuerint equalia,
basis vero unius basi alterius maior fuerit, angulusque trianguli maioris alkaide equis
lateribus contentus angulo alterius se respiciente maior erit. Sint duo trianguli a b c, d e f,
sitque duo latera a b et a c primi equalia duobus lateribus d e et d f secundi, unumquodque suo correlativo,
sitque basis b c maior basi e f. Dico quod angulus a maior erit angulo d, et hec est conversa precedentis. Equalis
quidem non erit, sic enim esset per 4am basis b c equalis basi e f, quod est contra ypotesim; sed nec minor, quia
sic esset d maior, et ita per precedentem basis e f maior basi b c, quod est contra positionem. Restat ergo propositum.

Alkaide idem est quod basis


26a Omnium duorum triangulorum quorum duo anguli unius duobus angulis alterius, uterque se respicienti,
equales fuerint, latusque unius lateri alterius equale, fueritque latus illud inter duos angulos equa-
les aut uni eorum oppositum, erunt quoque duo unius reliqua latera duobus reliquis alterius trianguli
lateribus, unumquodque se respicienti, equalia, angulusque reliquus unius angulo reliquo alterius equalis.
Sint duo trianguli a b c, d e f, sitque angulus b equalis angulo e, et angulus c equalis angulo f, sitque latus
b c equale lateri e f, aut alterum duorum laterum a b et a c equale alteri duorum laterum d e et d f, ita
quod a b sit equale d e, aut a c equale d f. Dico quod reliqua duo latera unius erunt equalia duobus reliquis
lateribus alterius, et reliquus angulus equalis reliquo angulo, scilicet angulus a angulo d. Ponam igitur primo ut latus b c
sit, quod iacet angulis b c, sit equale lateri e f, secundo quod iacet angulis e f, qui positi sunt equales angulis b c.
Tunc dico quod latus a b sit equale lateri d e, et latus a c lateri d f, et angulus a angulo d. Si enim latus a b
non sit equale lateri d e, erit alterum maius; sit igitur maius d e, quod resecabo ad equalitatem a b, sitque
e g equale a b, et producam lineam g f, eritque per 4am angulus g f e equalis angulo a c b, quare et angulo d f e, quod
pars toti, quod est impossibile. Erit igitur d e equale a b, igitur per 4am d f equale a c, et angulus d equalis angulo a, quod est
primum membrum distinctionis proposite. Sint rursus ut prius duo anguli b c equales duobus angulis e f,

quia angulus d f e est equalis angulo c


utrumque latus ab quod opponitur angulo c, equale lateri de, quod opponitur angulo f, qui est positus equalis angulo c. Dico quod latus bc erit equale lateri ef, et latus ac lateri df, et angulus a angulo d. Si autem latus ef non fuerit equale bc, erit alterum maius; sit ergo ef maius; ponatur itaque eg equale bc, et producatur linea dg; erit itaque per 4am angulus dge equalis angulo acb, quare et angulo dfe, extrinsecus videlicet intrinseco, quod est impossibile per 16am. Erit igitur ef equale bc, ergo per 4am df equale ac, et angulus d totalis angulo a, quod est 2um propositum distinctionis membrorum.




27a Si recta linea super duas rectas ceciderit, duosque angulos coalternos sive coalternatim sumptos equales fecerit, ille due linee erunt equidistantes. Sit ut linea ab cadat super duas lineas cd et ef, et secet lineam cd in puncto g et lineam ef in puncto h, sitque angulus dgh equalis angulo ehg. Dico quod linee cd et ef sunt equidistantes. Si enim non, concurrent ad partem ce sicut in puncto k, aut ad partem df sicut in puncto l; si alterutrum fuerit, accidit impossibile per 16am, nam angulus extrinsecus erit equalis intrinseco; nam cum duo anguli coalterni ponantur equales, erit extrinsecus equalis intrinseco, quod est impossibile; ergo in alterutra parte concurrere impossibile est; ipse ergo erunt equidistantes per diffinitionem, quod est propositum.



28a Si linea recta duabus supervenerit, fueritque angulus extrinsecus angulo intrinseco sibi opposito equalis, et duo anguli intrinseci ex una parte duobus rectis angulis equales, ille due linee equidistantes erunt. Sit ut linea ab secet lineas cd et ef in duobus punctis g et h, sitque angulus agd extrinsecus equalis angulo h intrinseco ex eadem parte supposito, aut duo anguli g et h intrinseci ex eadem parte supposito duobus rectis angulis equales. Dico quod due linee cd et ef sunt equidistantes. Sit ergo primo angulus dga equalis angulo fhg; erit per 15am angulus cgh equalis eidem angulo fhg; quare per premissam cd et ef sunt equidistantes. Sint rursum duo anguli dgh et fhg equales duobus rectis; erit per 13am duo anguli dgh et cgh sunt equales duobus rectis; erit angulus cgh equalis angulo fhg; quare per premissam linee cd et ef erunt equidistantes, quod erat propositum.




29a Si duabus lineis equidistantibus linea supervenerit, duo anguli coalterni equales erunt, angulusque extrinsecus angulo sibi intrinseco opposito equalis, itemque duo anguli intrinseci ex altera parte constituti duobus rectis angulis equales. Sint due linee ab et cd equidistantes, super quas cadat linea ef, secans eas in punctis g et h. Dico quod anguli g et h coalterni sunt equales, et quod angulus g extrinsecus est equalis angulo h intrinseco sibi opposito ex eadem parte supposito, et quod anguli g et h intrinseci ex eadem parte suppositi sunt equales duobus rectis. Hec est conversa duarum precedentium. Primum quidem probatur sic: si enim angulus bgh non est equalis angulo chg, alter eorum erit maior; sit ergo angulus maior chg; et quia duo anguli chg et dhg sunt equales duobus rectis per 13am, erunt duo anguli bgh et dhg minores duobus rectis; ergo per 5am petitionem due linee ab et cd si protrahantur, concurrent in parte b et d ad aliquod punctum ut ad k; non ergo sunt equidistantes per diffinitionem, quod est contra ypotesim; et quia hoc est impossibile, erunt duo anguli coalterni bgh et chg equales, quod est primum propositum. Ex hoc autem patet 2um: est enim per 15am angulus bgh equalis angulo age; ergo angulus age est equalis angulo chg, extrinsecus videlicet intrinseco, quod est 2um propositum. Ex hoc incipit probatio 3um. Sunt enim per 13am duo anguli agh et bgh equales duobus rectis; ergo duo anguli agh et chg erunt etiam equales duobus rectis, qui sunt duo intrinseci ex eadem parte suppositi, quod est 3um propositum.



30a Si fuerint due linee equidistantes uni, eedem sibi invicem equidistantes erunt. Sint due linee ab et cd, quarum utraque sit equidistans ef. Dico quod ab et cd sunt equidistantes. Hoc autem vilis est virtutis si due linee ab et cd sint in una superficie cum linea ef sive non; hic tamen non intelligitur nisi sicut quod sint in superficie una; Euclides autem quod sint in diversis superficiebus duxit in 9o ii. Sint ergo omnes in superficie una; protrahatur linea gh secans lineas ab, ef et cd in punctis k, l et m; et quia ab equidistat ef, erit angulus bkl equalis angulo elk per primam partem precedentis, cum ipsi sint coalterni. Et quia cd equidistat ef, erit angulus kle extrinsecus equalis angulo lmc intrinseco per 2am partem precedentis; ergo angulus bkl est equalis angulo cml, qui cum sint coalterni, erunt per 27am linee ab et cd equidistantes, quod est propositum.




31a A puncto extra signato linee proposite equedistantem ducere. Puncto extra lineam datam intelligitur cum linea quantumlibet utrimque protrahatur per ipsum non transit. Sit ergo punctus a datus extra lineam bc, a quo oportet protrahere lineam ad aliquam equidistantem; et sit ipsa a, qui est communis linee ad, constituo ead secundum doctrinam 23e equalem angulo bda sibi coalterno; eritque ae equidistans bc.



32a Omnis trianguli extrinsecus angulus duobus intrinsecis sibi oppositis est equalis per 29am, quod est propositum, et omnes tres anguli eiusdem trianguli duobus rectis angulis equos esse necesse est. Sit triangulus abc, cuius latus bc protrahatur usque ad d. Dico quod angulus c extrinsecus est equalis duobus angulis a et b intrinsecis oppositis sibi invicem; et quod tres anguli trianguli abc sibi invicem sunt equales duobus rectis. A puncto c protraham cf equidistantem ab secundum doctrinam premisse; eritque angulus fca equalis angulo a, quia sunt coalterni, per primam partem 29e; et angulus fcd extrinsecus equalis angulo b intrinseco per 2am partem eiusdem. Quare totus acd extrinsecus est equalis duobus angulis a et b intrinsecis sibi oppositis, quod est primum. Et quia duo anguli acb et acd sunt equales duobus rectis per 13am, erunt tres anguli abc intrinseci equales duobus rectis, quod est 2um. Ex hoc autem nota quod omnis figure poligonie omnes anguli sibi invicem tot rectis angulis sunt equales quotus est numerus quo a prima distat duplicatus. In ordine poligoniarum figurarum prima est triangula, cum due linee nullam superficiem claudant; per ultimam petitionem 2a quadrilatera, 3a pentagona, similiter autem et quelibet figura tota erit in ordine quotus est numerus laterum aut angulorum eius inde dempto binario. Dico ergo quod cum trianguli, que est prima, omnes anguli sibi invicem suppositi sunt equales duobus rectis, quadrilatere, que est 2a, anguli erunt







trianguli est prima figura poligonia, habet 3 angulos equales duobus rectis;
quadrilateri 2a et quia est 2a a triangulo duplabitur et habebit numerum angulorum rectorum 4;
pentagonus 3a duplata 3 et sunt sex ... angulorum rectorum ... anguli ...
... quarta anguli eius equales 8 rectis
vel per duplum omnes angulos eius ... a ... substrahe 4 et residuum
est numerus angulorum rectorum quibus anguli eius equales

equales quatuor rectis, et pentagone que est 3a sex rectis. Ex hoc autem manifestum est, quoniam cum quelibet talis figura sit in tot triangulos divisibilis quota ipsa figura fuerit a prima poligonia, ductis rectis lineis a quolibet angulorum eius ad omnes oppositos angulos, fientque omnes anguli cuiuslibet trianguli duobus rectis equales, erunt omnes omnis lateratae figure omnes anguli bis tot rectis equales quota ipsa fuerit a prima, quod est propositum. Verbi gratia sit pentagonus abcde a cuius angulo a ductis lineis ac et ad, erit ergo totus pentagonus resolutus in triangulos abc, acd et ade, quorum cum cuiuslibet anguli sint equales duobus rectis, erunt pentagoni anguli equales sex rectis, quod est duplum eius numeri quo a prima distat, seu duplum numeri angulorum vel laterum dempto inde binario. Possumus quoque idem sic ponere dicentes quod omnis figure poligonie omnes anguli simul accepti sunt tot rectis angulis equales quotus est numerus qui eius angulos duplicat demptis quatuor. Puncto enim quolibet intra talem figuram signato, et ab eo ad singulos angulos lineis protractis, erit ipsa figura in tot triangulos resoluta quot fuerunt eius anguli, quorum omnes anguli omnium illorum triangulorum simul accepti tot rectis equales quotus est numerus qui duplicat angulos figure proposite. Cum ergo omnes anguli triangulorum qui sunt in ipsa resoluta circa punctum medium constitutos sint quatuor rectis equales per 13am, manifeste constat propositum. Similiter et patet quod omnis figure poligonie omnes anguli extrinseci quatuor angulis rectis sunt equales. Sunt enim intrinseci et extrinseci tot rectis equales quot habet angulos bis per 13am, intrinseci autem sunt bis tot angulis rectis equales quot habet angulos demptis quatuor. Ergo extrinseci sunt quatuor rectis equales, quod est propositum. Verbi gratia proposito pentagoni latera protrahantur ut fiant anguli extrinseci, ab quidem protrahatur usque ad f, bc usque ad g, cd usque ad h, de usque ad k, ea usque ad l. Erunt itaque per 13am duo anguli a intrinsecus et a extrinsecus equales duobus rectis. Eadem ratione duo anguli b intrinsecus et b extrinsecus, et sic de ceteris. Quare abcde intrinseci et extrinseci erunt equales decem rectis. Demptis intrinsecis qui sunt equales sex rectis, erunt extrinseci scilicet bal, aek, edh, dcg et cbf equales quatuor rectis. Patet etiam quod omnis pentagonus cuius unumquodque latus duo secant extrinsecus habet quinque angulos duobus rectis equales. Sit qualis pono pentagonus abcde et secent latus ac latus be in puncto g et latus ad idem latus be in puncto f. Eritque angulus afg equalis duobus angulis b et d, cum sit extrinsecus ad ipsos in triangulo fbd. Itemque angulus fga erit equalis duobus angulis c et e, cum sit extrinsecus ad ipsos in triangulo gce. Sed duo anguli afg et fga cum angulo a sunt equales duobus rectis. Ergo quatuor anguli b, d et c, e cum angulo a sunt equales duobus rectis, quod est propositum.

33a Si summitatibus duarum linearum equedistantium et equalium coniunctis alie due linee coniungantur, ipse quoque equales et equedistantes erunt. Sint due linee ab et cd equales et equedistantes, quarum extremitates coniungantur per lineas ac et bd. Quas dico esse equales et equedistantes. Protraham unam lineam ad, et quia linee ab et cd sunt equedistantes, erit angulus bad equalis angulo cda per primam partem 29e. Erunt itaque duo latera ab et ad trianguli abd equalia duobus lateribus dc et da trianguli dca, et angulus a primi equalis angulo d secundi. Ergo per 4am basis bd primi basi ac secundi, et angulus adb primi equalis angulo dac secundi. Sed quia ipsi sunt coalterni, erunt linee bd et ac equedistantes per 27am, et quia prius patuit eas esse equales, patet utrumque propositum.

34a Omnis superficies equedistantibus contenta lateribus lineas atque angulos ex adverso collocatos habet equales, diametro dividente per medium. Sit superficies equedistantium laterum abcd, ita quod linea ab equedistet linee cd et ac ipsi bd. Dico duas lineas ab et cd, item duas lineas ac et bd esse equales, similiter et dico angulum a esse equalem angulo d et angulum b angulo c. Protraham diametrum ad, quam etiam dico dividere superficiem illam per medium. Cum enim ab et dc sint equedistantes, erunt anguli bad et cda qui sunt coalterni equales per 29am, et etiam quia ac et db sunt equedistantes, erunt anguli cad et bda qui sunt etiam coalterni equales per eandem. Intelligo duos triangulos adb et dac, et quia duo anguli d et a trianguli dac sunt equales per eandem, et latus ad sit quod inter illos angulos in utroque triangulo est commune, erit per 26am latus ab equale lateri cd, et latus ac lateri bd, et angulus b angulo c, et quia anguli totales, totalem patet esse equalem angulo d totali per 2am conceptionem, liquet totum propositum et etiam corollarium.

Unde manifestum est bini angulos esse equales.

35 Omnes superficies equedistantium laterum super eandem basim atque in eisdem alternis lineis constitute equales esse probantur. Sint due linee ab et cd equedistantes inter quas fiat acfe superficies equedistantium laterum super basim ce, et super eandem basim et inter easdem lineas fiat alia superficies gche similiter equedistantium laterum. Dico duas predictas superficies esse equales, quod sic probatur. Aut enim linea cg secabit lineam ab in aliquo puncto linee af, aut in puncto f, aut in aliquo puncto linee fb. Secet ergo primo in aliquo puncto linee af ut in prima figuratione apparet, et quia utraque duarum linearum af et gh est equalis linee ce per 34am, erit equalis alteri, dempta et linea gf que communis est, erit ag equalis fh. Atque per eandem erit ac equalis fe, et angulus hfe angulo gac per primam partem 29e cum sit extrinsecus intrinseco. Eritque per 4am triangulus acg equalis triangulo feh, et si triangulam figuram que est gcef addideris utrique, erit superficies acfe equalis superficiei gche, quod est propositum. Secet ergo secundo linea cg lineam ab in puncto f ut in 2a figuratione apparet, eritque argumentatio similis priori. Duo triangula acf et feh equales, quare utrisque addito triangulo fce patet propositum. Secet tertio linea cg lineam ab inter duo puncta f et b ut in 3a figuratione apparet, secabuntque linee fe et gc in puncto k, et quia similis argumentatio priori linea af est equalis linee gh, sublata communi linea fg, erit ag equalis fh, et triangulus acg equalis triangulo feh. Addito communi utrique triangulo cke, et dempto ab utroque triangulo fkg, erit superficies acfe equalis superficiei gche, quod est propositum.

36 Omnia parallelogramma in basibus equalibus atque in eisdem alternis lineis constituta equalia esse necesse est. Parallelogrammum dicitur superficies equedistantium laterum. Sint due superficies abcd et efgh equedistantium laterum constitute inter duas lineas equedistantes que sunt af et ch, et sint equales bases cd et gh. Dico eas esse equales. Nam protraham duas lineas ce et df, eritque per 33am superficies cdef equedistantium laterum

supra lineam h que est equalis et equidistans c d, nam utraque earum est equalis g h, quare per 30am premissa utraque duarum superficierum a b c d et e f g h est equalis superficiei c d e f. ipse ergo sunt inuicem equales quod est propositum.

37 Equales sunt cuncti trianguli qui supra eandem basim atque inter duas lineas equidistantes fuerint constituti. Sint duo trianguli a b c, d b c supra basim b c inter lineas a e et b f que sunt equidistantes, dico eos esse equales. Protraham enim g c equidistantem a b et c h equidistantem b d per 31am, erunt ergo due superficies a b c g et d b c h equales per 35am, et quia dicti trianguli sunt eorum dimidia per correlarium 34e ipsi erunt equales per communem scientiam que talis est: que sunt equa...

38 Si duo trianguli supra bases equales atque inter duas lineas equidistantes ceciderint, et dimidia sunt per predictam, equales eos esse necesse est. Sint duo trianguli a b c, d e f constituti supra bases b c et e f equales et inter lineas a g et b h equidistantes. Dico eos esse equales. Protraham enim c k equidistantem b a et f l equidistantem e d, eruntque due superficies a b c k et d e f l equales per 36am, et quia dicti trianguli sunt eorum dimidia per correlarium 34e ipsi erunt...

39 Omnes duo trianguli equales si in eandem basim et ex eadem parte ceciderint, equales per antecedentem, necesse est inter duas lineas equidistantes erunt. Sint duo trianguli a b c, d b c constituti supra basim b c ex una eademque parte, sintque equales. Dico eos esse inter lineas equidistantes, et est conversa 37e. A puncto a protraham lineam equidistantem linee b c, que si transierit per punctum d, habetur propositum; si autem non, aut transibit infra aut supra d. Transeat primo supra et sit a e, producamque b d usquequo secet lineam a e in puncto e, et protraham e c, et quia triangulus e b c est equalis triangulo a b c per 37am, et triangulus d b c positus est equalis triangulo a b c, erit ipse equalis triangulo e b c, pars scilicet toti, quod est impossibile. Non ergo transibit supra d. Transeat ergo infra et sit a f, linea secans lineam d b in puncto f. Protraham c f, et quia per 37am triangulus f b c est equalis triangulo a b c, ipse erit equalis triangulo d b c, totum parti, quod est impossibile. Ergo a g linea ducta a puncto a equidistans b c non transibit nisi per punctum d, quod est propositum. Ex hac autem et premissa notum quod si aliqua recta linea duo alicuius trianguli latera per equalia secuerit, ipsa erit 3o equidistans. Verbi gratia: Sit triangulus a b c cuius duo latera a b et b c secet linea d e per equalia, a b quidem in puncto d et b c in puncto e. Dico quod linea d e est equidistans a c. Protraham enim in quadrilatero a c e d diametros a e et d c, eritque per 38am triangulus a e d equalis triangulo d e b, propterea quod linea a d posita est equalis d b. Itemque per eandem triangulus c e d erit equalis eidem triangulo d e b, propterea quod linea c e posita est equalis e b. Quare triangulus a e d est equalis triangulo c e d, quare cum ipsi sint constituti supra eandem basim scilicet lineam e d et ex eadem parte, ipsi erunt per hanc 39am inter lineas equidistantes, ergo linea d e est equidistans linee a c, quod est propositum.

40 Si duo trianguli equales supra equales bases unius et eiusdem linee ex eadem parte (et hec valebit ad 44am) fuerint constituti, eos inter duas lineas equidistantes necesse est contineri. Sint duo trianguli a b c, d e f equales, constituti supra duas bases equales que sunt b c et e f unius eiusdemque linee b f, et ex eadem parte. Dico eos esse inter lineas equidistantes, et hec est conversa 38e, et probatur per impossibile sicut precedens per 37am. A puncto a ducam equidistantem linee b f, que si transierit per punctum d, patet propositum. Si autem non, transeat primo supra, ut a g, et producam e d usque ad ipsam, que sit e g, et ducam lineam g f, eritque per 38am triangulus a b c equalis triangulo g e f, quare et triangulus d e f erit equalis triangulo g e f, pars toti, quod est impossibile. Non ergo transibit supra. Transeat ergo infra, et secet lineam d e in puncto h, et ducam lineam h f, eritque per 38am triangulus h e f equalis triangulo a b c, quare et triangulo d e f, pars toti, quod est impossibile. Linea igitur non transibit nisi in puncto d, quod est propositum. basim atque in eisdem alternis lineis constituti fuerint.

41 Si parallelogrammum triangulusque in eadem parallelogrammum triangulo duplum esse convenit. Sit parallelogrammum a b c d et triangulus e b d supra basim b d inter lineas a e et b d que sunt equidistantes. Dico parallelogrammum esse duplum triangulo. Protraham in parallelogrammo diametrum a d, eritque triangulus a b d dimidium parallelogrammi per correlarium 34e, et quia triangulus e b d est equalis triangulo a b d per 37am, patet triangulum e b d esse dimidium parallelogrammi a b c d, quod est propositum. Similiter quoque patet conversa, quod si parallelogrammum triangulusque in equis basibus atque inter lineas equidistantes fuerint constituti, parallelogrammum duplum erit triangulo, quod ideo non posuit Euclides quia leviter patet ex hac precedente et 38a, diviso parallelogrammo per diametrum in duos triangulos, vel supra basim parallelogrammi inter easdem equidistantes triangulo constituto, ad quem duplum erit parallelogrammum per hanc precedentem, et ipse equalis alteri triangulo per 38am.

42 Equidistantium laterum superficiem designare cuius angulus assignato angulo equalis, ipsa vero superficies triangulo assignato equalis. Sit assignatus angulus a et assignatus triangulus b c d. Volo describere superficiem equidistantium laterum equalem triangulo b c d, cuius unus duorum angulorum qui sunt oppositorum sit equalis a. Divido basim c d per medium in puncto e, protraho lineam b e, et a puncto b duco b f equidistantem c d, eritque per 38am triangulus b e d equalis triangulo b e c, quare triangulus b e d est dimidium totius trianguli b c d. Super punctum e linee d e constituo angulum d e g equalem angulo a per 23am, perficioque parallelogrammum g e d f, et quia per precedentem est duplum ad triangulum b e d, erit equale triangulo b c d per hanc communem scientiam: quorum dimidia sunt equalia ipsa quoque sunt equalia. Est enim triangulus b e d utriusque dimidium. Quare descripsimus parallelogrammum g e d f equale triangulo b c d, cuius unus duorum angulorum g e d et d f g qui sunt oppositorum est equalis angulo a, quod est propositum.

43 Omnis parallelogrammi spatii eorum que circa diametrum sunt parallelogrammorum supplementa sibi invicem equa esse necesse est. Sit parallelogrammum a b c d in quo protraham diametrum b c, et protraham e f equidistantem utrique duorum laterum a b et c d, que secet diametrum in puncto k, a quo ducam k g equidistantem utrique duorum laterum a c et b d, et producam eam usquequo secet utrumque latus a b et c d, sitque tota g k h, eritque totum parallelogrammum a b c d divisum in quatuor parallelogramma, quorum duo sunt e c k h et g k b f, que dicuntur consistere circa diametrum, et reliqua duo scilicet a e g k et k f h d dicuntur supplementa. Hec duo supplementa dico esse equalia, sunt enim

duo trianguli a b c et d b c equales per conversionem 37e. Similiter quia duo trianguli g k b et f b k sunt equales per eandem conversionem ac duo trianguli e c h et h c k. Relinquitur ergo ut duo trianguli b g k et k e c de toto triangulo residuo d b c erit per communem scientiam [illegible] triangulo a b c. At duo trianguli reliqui b f k et k h c de toto triangulo reliquo d b c erit per communem scientiam [illegible] duo que sunt duo supplementa equalia quod est propositum. / Tantum laterum designare cuius angulus sit assignato angulo

44 Proposita linea recta super eam superficiem equidistantium laterum ipsa vero superficies triangulo assignato equalis

Designare. Superficiem equidistantium laterum super lineam aliquam est ipsam lineam facere unum latus ipsius superficiei. Sit ergo data linea a b et datus angulus c et datus triangulus d e f super lineam a b volo designare superficiem unam equidistantium laterum ita quod linea a b sit unum ex lateribus eius et unus duorum angulorum qui se potiorum sit equalis angulo c et ipsa tota sit equalis triangulo d e f [illegible] h a secunda quia h datur latus unum superficiei describende linea a b ubi [illegible] volueris facere ad lineam a b adiungo [illegible] lineam a g quam pono equalem lineae e f [illegible] constituo triangulum unum ei equalem et equilaterum. Constituo angulum a g k equalem angulo c et angulum g a k equalem angulo f per 23am et quia g a posita fuit equalis e f erit per 26am triangulus g a k equalis et equilaterus triangulo e f d. Divido g a per equalia in puncto h et protraho h k et produco a puncto k lineam k n equidistantem lineae g b [illegible] per 38am triangulus a h k equalis triangulo g h k [illegible] a linea g a h linea k n equidistante [illegible] g b [illegible] faciat angulum g a l equalem angulo dato scilicet c et complebo super basim a h [illegible] g b et m n equidistantes superficiem equidistantium laterum m l h a que per 41am dupla erit ad triangulum k h a quare equalis toti triangulo k g a quare et triangulo d e f proposito. Protraham igitur b n equidistantem a l et producam diametrum n a [illegible] concurrat cum h l in puncto o et complebo superficiem equidistantium laterum m o n q et protraham a l usque ad p [illegible] supplementum a b p q equale supplemento l m h a quare et triangulo d e f et quia angulus l a h est equalis angulo b a p per 15am et ideo b a p equalis angulo c. Patet ergo super datam a b superficiem equidistantium laterum a b p q equale dato triangulo d e f [illegible] duorum angulorum qui se potiorum sunt a et q est equalis c quod fuit propositum.

46 Ex data linea quadratum describere. Sit data linea a b ex qua volo quadratum describere. A punctis a et b lineae a b educo per 11am lineas a c et b d perpendiculares ad lineam a b que erunt equidistantes per 28am partem 28e et pono utramque earum eidem a b equalem et protraham lineam c d eritque ipsa equalis et equidistans lineae a b per 33am et quia uterque duorum angulorum a et b est rectus erit uterque eorum c et d rectus per ultimam partem 29e. [illegible] per diffinitionem quadratum a b c d est quod est propositum. Aliter sic: sit a c perpendicularis super lineam a b per 11am [illegible] diffinitionem [illegible] ab et ponatur equalis ei et ducatur d b et sit [illegible] puncto c per 31am ducatur c d equidistans a b et ponatur equalis ei et ducatur d b [illegible] per 33am erit equalis et equidistans a c et omnes anguli recti per ultimam partem 29e quare per diffinitionem [illegible] propositum.

47 In omni triangulo rectangulo quadratum quod a latere recto angulo opposito in semetipsum ducto describitur equum est duobus quadratis que ex duobus reliquis lateribus conscribuntur. Sit triangulus a b c cuius angulus a sit rectus. Dico quod quadratum lateris b c est equum quadratis laterum a b et a c simul iunctis. Quadrabo [illegible] per doctrinam precedentis. [illegible] quadratum b c superficies b c d e et quadratum b a superficies b f g a et quadratum a c superficies a c h k [illegible] a b angulo a recto ducam ad basim d e [illegible] lineam a l equidistantem [illegible] ypothemisam ad d a e [illegible] a duobus reliquis [illegible] angulis trianguli a b c [illegible] duorum angulorum b a c et b a g est rectus erit per 14am g a l linea una [illegible] erit b h linea una [illegible] quia uterque duorum angulorum c a b et c a h est rectus [illegible] super basim b f [illegible] equidistantes [illegible] b f [illegible] parallelogrammum b f g a [illegible] equalis triangulo b a d per 4am quia b f et b c latera [illegible] duplum triangulo b f c [illegible] et d b lateribus [illegible] angulo b [illegible] posuerunt eo quod uterque [illegible] et angulo a b c [illegible] parallelogrammum b d l m est duplum ad eundem triangulum per 41am [illegible] b f g a est duplum ad triangulum a b d [illegible] parallelogrammum b d l m [illegible] constitutum super eandem basim scilicet b d et inter lineas equidistantes que sunt b d et a l per communem scientiam quadratum a b f g et parallelogrammum b d l m sunt equalia. Eodem modo et per easdem propositiones [illegible] parallelogrammum b d l m sunt equalia [illegible] quadratum a c h k esse equale parallelogrammo c e l m. Cum ergo [illegible] propositum.


48 Si quod ab uno trianguli latere in seipsum ducto producitur equum fuerit duobus quadratis que a duobus reliquis trianguli lateribus describuntur, rectus est angulus cui latus illud opponitur. Sit triangulus a b c [illegible] quadratum lateris a c equale quadratis duorum linearum [illegible] laterum a b et b c [illegible] dico angulum b cui latus a c opponitur esse rectum [illegible] b [illegible] lineam b d perpendicularem super lineam b c [illegible] pono equalem a b et produco lineam d c [illegible] d c equale duobus quadratis duarum linearum d b et b c [illegible] d b posita est equalis b a [illegible] per 4am [illegible] lineam [illegible] quadratum d c equale quadrato a c [illegible] per 8am angulus b trianguli a b c est rectus [illegible] equalis angulo d b c per 8am [illegible] angulus est rectus quod est propositum. Et sic finitur liber Euclidis primus cum commento Campani.

Incipit 2us Secundus

Omne parallelogrammum rectangulum sub duabus rectis lineis rectum angulum ambientibus dicitur contineri. Parallelogrammum est superficies equidistantium laterum [illegible] parallelogrammum rectangulum est habens omnes angulos rectos [illegible] ab uno duorum laterum eius ambientium unum ex suis angulis ducto in reliquum [illegible] illis dicitur contineri.

Omnis parallelogrammi spatii eorum quidem que diameter secat per medium parallelogramma, que circa eandem diametrum consistere dicuntur. Eorum vero parallelogrammorum que circa eandem diametrum [illegible] unum [illegible] consistit


[illegible marginal note]



tum supplementis duobus gnomo nominatur. Sed que parallelogramma dicantur consistere circa diametrum et que sint supplementa, expositum est in diffinitione 43e propositionis primi. Sit ergo parallelogrammum a b c d, in quo diametrus a d. Dividant duae lineae e f et g h, ducte equidistanter lateribus oppositis dicti parallelogrammi, secantes se super diametrum ad punctum k, dictum in quatuor parallelogramma. Dico utrumque eorum parallelogrammorum que sunt a g e k et k f h d, que diametrus secat per medium, consistere circa diametrum. Reliqua vero duo que diametrus non secant dicuntur supplementa, que cum altero dictorum parallelogrammorum consistentium circa diametrum componunt figuram quandam que gnomon dicitur, cui deest ad complendum parallelogrammum parallelogrammum unum, quod si ei addatur super diametrum totale compositum constituet. [illegible] parallelogrammum addito gnomone [illegible]


1a Si fuerint due linee quarum una in quotlibet partes dividatur, quod ex ductu alterius in alteram fit, equum erit hiis que ex ductu linee indivise in unamquamque partem linee particulariter divise rectangulis producuntur. Lineam in aliam duci est super terminos unius earum duas lineas ortogonaliter aliis equales erigere et superficiem equidistantem lateri rectangulam complere quam sub illis duabus lineis dicitur contineri. Sint ergo due linee a b et c, quarum a b in quotlibet partes dividatur, que sint a d, d e, e b. Dico quod id quod fit ex ductu c in totam a b equale est illis parallelogrammis rectangulis simul iunctis que fiunt ex c in a d, d e et e b. Super puncta a et b erigantur lineae a f et b g perpendiculares super lineam a b, quarum utraque sit equalis linee c, ductu linee f g fiet superficies rectangula a b f g [illegible] de lineas d h et e k equidistantes lateribus a f et b g, eritque utraque equalis c per 34am primi [illegible] a f [illegible] a d f h producitur ex c in a d [illegible] d h e k ex c in d e et rectangulum e k b g ex c in e b [illegible] a f b g [illegible] propositum. Illud quod ex ductu totius linee in seipsam fit, equum

2a Si fuerit linea in partes divisa, est hiis que ex ductu eiusdem in omnes partes suas.




Sit linea a b divisa in a c, c d et d b. Dico quod id quod fit ex ductu totius linee a b in se, quod est a b e f, equum est hiis que fiunt ex ipsa tota in unamquamque duarum partium. Quod palam patebit ductis c g et d h equidistantibus a e et b f. [illegible] alia linea k equalis a b, eritque per primam quod fit ex ductu k in totam a b equum ei quod fit ex ductu k in omnes partes a b, et quia ex k in a b tantum fit quantum ex a b in se, et ex k in omnes partes a b quantum ex a b in omnes partes easdem, [illegible] quod k et a b sunt equales, patet propositum. [illegible] linearum equalium quadrata sunt equalia per [illegible]

3a Si fuerit linea in duas partes divisa, quod ex ductu totius in alteram partem fit equum est hiis que ex ductu eiusdem partis in seipsam et alterius in alteram.




Sit linea a b divisa in a c et c b. Dico quod id quod fit ex tota a b in eandem partem scilicet a c equum est quadrato eiusdem partis a c et ei quod fit ex eadem parte a c in b c. Fiat quadratum linee a c et sit a c d f [illegible] superficies a b d e, patebitque propositum. [illegible] [illegible] quod ex ductu totius in seipsam fit, equum est

4a Si fuerit linea in duas partes divisa, hiis que ex ductu utriusque partis in seipsam et alterius in alteram bis. Ex hoc manifestum est quod in omni quadrato due superficies quas diameter secat per medium sunt ambe quadrate. Sit linea a b divisa in a c et c b. Dico quod quadratum totius a b equum est duobus quadratis duarum linearum a c et c b et duplo eius quod fit ex una earum in alteram [illegible]



[illegible] quadratum duarum linearum a c et c b, quod est propositum.



5 Si linea recta per duo equalia duoque inequalia secetur, quod sub inequalibus totius sectionibus continetur cum eo quadrato quod ab ea que inter utrasque est sectiones describitur equum est ei quadrato quod a dimidio totius linee in se ducto describitur. Sit linea a b divisa per equalia in puncto c et per inequalia in puncto d. Dico quadratum c b equale esse ei quod fit ex a d in d b et quadrato c d. [illegible] quod propositum.



[illegible]




6a Si linea recta in duo equalia dividatur, alia vero ei in longum linea addatur, quod fit ex ductu totius iam composite in eam que adiecta est cum eo quod ex ductu dimidie in se ipsam fit, equum est ei quadrato quod ab ea que constat ex adiecta et dimidia in se ipsam ducta describitur.

Sit linea a b divisa per equalia in puncto c, eique addatur linea b d. Dico quod [illegible] quod fit [illegible] [illegible] ad [illegible] b d et quadrato c b [illegible] diametro d e et linea b g equidistante d f [illegible] diametro d e [illegible] in puncto h, a quo [illegible] equidistantem linee a b que sit m k [illegible] d f in puncto m, et c e in puncto l, et [illegible] a k equidistantem c l [illegible] [illegible] [illegible] a l equale c h [illegible] c h equale h f [illegible] [illegible] a l equale h f [illegible] addito [illegible] [illegible] [illegible] equale toti quadrato c f [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod est propositum. Vel cum eo quod ex ductu alterius partis

7a Si linea in duas partes dividatur, quod ex ductu totius in se ipsam et alterius partis in se ipsam fit, equum est ei quod ex ductu totius linee in eandem partem bis et ex ductu alterius partis in se ipsam.

Sit linea a b divisa in duas partes in puncto c. Dico quod quadratum totius a b cum quadrato b c equum est ei quod fit ex a b in b c bis cum quadrato a c. Describatur quadratum totius et sit a b d e, et ducatur diameter b d, et c f equidistans b e [illegible] diametrum in puncto g, et ducatur k g h equidistans a b, [illegible] a c cum quadrato c h [illegible] [illegible] [illegible] k f cum duabus superficiebus a h et c e, quod est propositum.




8a Si linea in duas partes dividatur, eique in longum equalis uni dividentium adiungatur, quod ex ductu totius iam composite in se ipsam fiet equum erit hiis que ex ductu prioris linee in eam que adiecta est quater, et ei quod ex ductu alterius dividentis in se ipsam fiet.

Sit linea a b divisa in puncto c [illegible] [illegible], cui addatur b d equalis c b. Dico quod quadratum totius a d [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod fit ex a b in b d quater cum quadrato a c [illegible] [illegible] patebit [illegible] quod est propositum.




9 Si linea in duo equalia duoque inequalia secetur, que fiunt ex ductu inequalium in se ipsa pariter accepta duplum sunt utriusque pariter acceptis que ex dimidia eaque que utrique sectioni interiacet quadratis describuntur.

Sit linea a b divisa per equalia in c, per inequalia in d. Dico quod quadrata a d et d b pariter accepta sunt dupla quadrato a c et quadrato c d pariter acceptis [illegible] quadrata duarum linearum a d et d b dupla [illegible] duarum linearum que sunt a c et c d, quod est propositum.




10 Si linea in duo equalia dividatur, eique in longum linea alia addatur, quadratum quod describitur a tota cum addita, et quadratum quod ab ea que additur est utraque quadrata pariter accepta, ei quadrato quod a dimidia eique quod ab ea producitur que ex adiecta dimidiaque consistit, utrisque quadratis pariter acceptis, dupla esse necesse est.

Sit linea a b divisa per equalia in c, et addita sibi linea b d. Dico quod duo quadrata duarum linearum a d et b d pariter accepta dupla sunt duobus quadratis duarum linearum a c et c d pariter acceptis [illegible] erunt duo quadrata duarum linearum a d et b d pariter accepta dupla duobus quadratis duarum linearum a c et c d pariter acceptis, quod est propositum. [illegible] [illegible] precedentes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut patebit in [illegible]



11 Datam lineam sic secare ut quod sub tota et una eius portione rectangulum continetur equum sit ei quod fit ex reliqua sectione quadrato.

Sit linea data a b quam volumus dividere sic quod id quod continetur [illegible] et una eius portione minore producitur equum sit quadrato maioris partis. Describo quadratum totius linee quod sit a b c d, et latus b d divido per equalia in e, et produco a e [illegible] e b [illegible] produco usque ad f, ita quod e f sit equalis a e, et [illegible] b f [illegible] [illegible] quadratum et [illegible] a b [illegible] [illegible] equale b f que sit b h, et quadratum [illegible] sit b f g h. Dico quod a b sit divisa in puncto h, quod quod fit ex [illegible] a b in eius portione





h a est equale quadrato linee b h producam g h usque ad k que erit equidistans a c quia linea d b dividitur per equalia in e et est ei addita linea b f erit per 6am huius quod fit ex d f in b f cum quadrato e b equale quadrato e f quare et quadrato e a [illegible] penultimam primi quadratis duarum linearum e b et b a quo dempto ab utroque quadrato linee e b erit quod fit ex d f in b f et ipsum est supplementum d g equale quadrato linee a b quo dempto ab utroque paralellogramo d h erit quadratum h f equale paralellogramo h c et quia quadratum h f est quadratum linee h b et paralellogramum h c producatur [illegible] a b in a h [illegible]

12 In hiis triangulis qui obtusum habent angulum tanto eam que obtusum subtendit angulum ambobus reliquis lateribus que obtusum continent angulum amplius potest quantum est quod continetur bis sub uno eorum atque ea linea que directe coniuncta ad obtusum angulum a perpendiculari extrinsecus deprehenditur.


Sit triangulus a b c habens angulum a obtusum et a puncto c ducatur linea perpendicularis ad lineam b a [illegible] ex triangulo a b c [illegible] perpendicularis super lineam a b et producto linea a b usque ad d dico quod quadratum lateris b c quod subtenditur angulo obtuso tantum maius est duobus quadratis duarum linearum a b et a c ambientium ipsum angulum obtusum quantum est id quod fit ex b a in a d bis [illegible] b d equale duobus quadratis duarum linearum b a et a d et duplo eius quod fit ex b a in a d et quia quadratum b c per penultimam primi est equale quadrato b d et quadrato d c [illegible] equale quadratis trium linearum b a a d et c d et duplo eius quod fit ex b a in a d [illegible] quadratum a c est equale quadratis duarum linearum a d et d c [illegible] quadratum b c est equale quadratis duarum linearum a b et a c et duplo eius quod fit ex a b in a d [illegible] b c tanto amplius potest duabus lineis b a et a c quantum est duplum eius quod fit ex b a in a d [illegible] quod est propositum.


13 Omnis oxigonii tantum eam que acutum respicit angulum ambobus lateribus angulum acutum continentibus minus potest quantum est quod continetur bis sub uno eorum cui perpendicularis intra supponitur et ea eius parte que perpendicularem angulo acuto interiacet.


Lege [illegible] de latere subtenso alicui angulo acuto in triangulo oxigonio [illegible] de latere subtenso cuilibet angulo acuto in omni triangulo sive fuerit ortogonius sive ampligonius sive oxigonius. Sit enim triangulus a b c [illegible] angulus c acutus [illegible] perpendicularis ab utroque angulorum a vel b ad utramque basim b c vel a c [illegible] a b c [illegible] ortogonius [illegible] acuto [illegible] duobus angulorum [illegible] a et b acuti [illegible] ad [illegible] lineam [illegible] duos acutos [illegible] a b c [illegible] ad b c [illegible] a b [illegible] duobus quadratis duarum linearum a c et c b [illegible] duplo eius quod fit ex b c in d c [illegible] duplum eius quod fit ex c b in d b [illegible] quod est propositum [illegible] ac latus quod subtenditur angulo b acuto posse minus tanto duobus lateribus a b et b c quantum est duplum eius quod fit ex c b in d b [illegible] hanc et precedentem et penultimam primi [illegible] tabulis azarchelis [illegible] tabulas [illegible] corda et arcu [illegible] angulis [illegible] azarchel [illegible] tabulas [illegible]


14 Dato trigono equum quadratum describere. Ex hoc manifestum est cuilibet figure rectilinee latus tetragonicum ac mensuram eiusdem figure totum invenire posse, quia cuiuslibet est area sive [illegible] latus tetragonicum.

Sit datus trigonus a [illegible] nos volumus equum quadratum describere [illegible] equale trigono dato [illegible] per 42am primi [illegible] a b c d e [illegible] habens [illegible] quod si ipsa [illegible] erit quadratum [illegible] linea c f [illegible] duorum laterum quod est c e [illegible] b c [illegible] c h [illegible] equale trigono dato [illegible] quod fit ex b e in e f [illegible] penultimam primi [illegible] c h est equale trigono dato quod est propositum [illegible] latus tetragonicum [illegible] latus tetragonicum [illegible] a b c d e [illegible] latus tetragonicum [illegible] perpendicularis [illegible] latus tetragonicum totius figure [illegible]









3us habet 12 diffinitiones et 36 propositiones **Tercius liber**

petiones
Diffinitiones

Quorum diametri sunt equales, circulos equales esse; maiores autem quorum maiores, et minores minores. Circulum contingere linea dicitur que cum circulum tangat et utrimque partem eiecta ipsum non secat. Circuli se contingere dicuntur qui se tangentes se invicem non secant. Recte linee in circulo a centro equaliter distare dicuntur cum a centro ad ipsas ducte perpendiculares equales fuerint; plus vero distare a centro dicitur in quam perpendicularis longior cadit. Recta linea portionem circuli continens corda dicitur. Portio vero circumferentie arcus nominatur. Angulus portionis dicitur qui a corda et arcu continetur. Supra arcum angulus consistere dicitur qui a quolibet puncto arcus ad corde terminos duabus lineis rectis exeuntibus continetur. Sector circuli est figura que sub duabus a centro ductis lineis et sub arcu quem ab eis comprehenditur continetur. Angulus autem qui ab eis lineis ambitur supra centrum consistere dicitur. Similes circulorum portiones dicuntur in quibus qui supra arcum consistunt anguli sibi invicem sunt equales. Arcus quoque similes sunt qui equales angulos predicto modo suscipiunt.

1a Circuli propositi centrum invenire. Unde est manifestum quod duabus rectis lineis in eodem circulo apud circumferentiam terminatis, neutra illarum alteram per equalia orthogonaliter secat nisi ipsa supra centrum transeat. Sit propositus circulus a b c, in quo volumus centrum invenire. Duco in ipso circulo lineam a c qualitercumque contingit, quam divido per equalia in puncto d, a quo puncto duco perpendicularem ad lineam a c quam applico circumferentie ex utraque parte, sitque e d b, quam rursum divido per equalia in puncto f, quod dico esse centrum circuli. Si enim non est, erit alibi, aut in linea e b aut extra. Non in linea e b, si enim fuerit in ea ut in puncto g, erit linea e f maior linea e g, pars videlicet toto, quod est impossibile. Si vero fuerit extra lineam e b, ut in puncto h, ducantur linee h a, h d et h c; et quia latera h d et d a trianguli h d a sunt equalia lateribus h d et d c trianguli h c d, et basis h a basi h c, erit per 8am primi angulus a d h equalis angulo c d h, quare uterque rectus; et quia angulus a d b fuit etiam rectus, erit a d h equalis a d b, per 3am petitionem primi, pars toti, quod est impossibile. Non est ergo centrum circuli alibi quam in puncto f, quod est propositum.

2 Super circuli circumferentiam duobus punctis signatis lineam rectam ductam ab altero ad alterum circulum secare necesse est. Sit in circumferentia circuli a b, in quo centrum sit c, signata duo puncta que sunt a et b. Dico quod linea recta coniungens ... circulum ... Sit ... a e b, et c b ... per 4am primi angulus c a b et c b a equales ... linea c e ... producatur ... per 16am primi angulus a e c maior angulo c b e, quare maior angulo c a e, quare per 18am ... latus a c est maius latere c e, et quia c d est equalis c a, erit quod c d maior c e, scilicet pars toto, quod est impossibile. Recta ergo linea coniungens duo puncta a b non transibit extra circulum, secabit ergo ipsum, quod est propositum.


3 Si lineam intra circulum preter centrum collocatam alia a centro veniens per equalia secet, orthogonaliter supra eam consistet; et si in eam orthogonaliter steterit eam per equalia dividere necesse est. Sit ut lineam a b collocatam intra circulum a b, in cuius centro sit c, linea c d veniens a centro dividat per equalia. Dico quod dividit eam orthogonaliter, et protractis lineis c a et c b, et pono primo quod dividat per equalia; erunt ergo duo latera c d et d a trianguli c d a equalia duobus lateribus c d et d b trianguli c d b, et basis c a basi c b, ergo per 8am primi angulus d unius erit equalis angulo d alterius, quare uterque rectus, quare c d est perpendicularis super a b, quod est propositum. Item dico quod si c d steterit orthogonaliter, dividet eam per equalia, erit enim ... unus equalis, et quia per 4am primi angulus c a d est equalis angulo c b d, et latus c a lateri c b, per 26am primi erit linea a d equalis linee b d, quod est propositum. Si linee se invicem secent et super centrum non transeant, non per

4 Si intra circulum due linee equaliter eas secari necesse est. Sit ut in circulo a b c d, in cuius centro sit e, due linee a c et b d secent se in puncto f, et utraque earum vel altera non transeat per centrum. Dico quod ipse non dividunt se per equalia, ita quod utraque dividatur ab altera per equalia; et si fuerit hoc possibile, ponatur et sit primo quod neutra transeat per centrum e, protracta linea e f, eritque per primam partem premisse uterque angulorum qui sunt a f e et e f b, f e et e f d rectus, quod est impossibile ... Sit ... ut altera earum transeat per centrum et altera non, sitque b d transiens per centrum. Adhuc dico quod ipse non dividunt se per equalia, quia si sit possibile, per primam premisse cum b d ducta a centro dividat a c per equalia, dividet eam orthogonaliter, quare et a c dividet b d orthogonaliter, et quia a c dividit b d per equalia ut ponitur, ad ... ipsa transibit per centrum per correlarium prime huius, quare a b c transit per centrum, quod est contra ypotesim.


5 Circulorum se se secantium centra diversa esse. Sint duo circuli a b c, a f b, secantes se super duo puncta a et b. Dico quod eorum centra sunt diversa; si enim habent idem centrum, ipsum erit per diffinitionem in portione utrique circulo communi, sitque e ... protrahuntur linee a e et e f c; erunt ergo per diffinitionem due linee a e et e f equales, itemque per diffinitionem due linee e a et e c equales, quare e f est equalis e c, ... pars videlicet toti, quod est impossibile.

6 Circulorum sese contingentium non idem centrum esse necesse est. Sint duo circuli a b et a c contingentes se in puncto a. Dico quod eorum centra sunt diversa; si enim habuerint idem centrum, erit per diffinitionem intra minorem eorum ... minor positus fuerit intra maiorem, sitque ipsum d, et ducantur linee d a et d b c, eritque per diffinitionem utriusque circuli duarum linearum d b et d c equalis a d, quare inter se equales erunt, quod est impossibile. De circulis autem sese contingentibus extrinsecus, quia scilicet unus est extra alterum, manifestum est per diffinitionem centri quod eorum non est idem centrum, et hoc est propositum.


7 Si in diametro circuli punctum preter centrum signetur et ab eo ad circumferentiam linee plurime ducantur, que supra centrum transeat erit omnium longissima, que vero diametrum perficiet









omnium brevissima, que autem centro propinquiores, ceteris longiores, quanto vero a centro remotiores tanto breviores esse conveniet. Duas quoque equidistantes lineas brevissime collaterales equales esse necesse est. Sit in diametro a f circuli a b m centrum sit h, et punctus signatus k preter centrum, a quo ducantur plures linee k a, k b, k c, k d, k e, k f, k g ad circumferentiam, et transeat k a per centrum h, et k f sit complementum diametri. [illegible] ... k a omnium est longissima, et k f omnium est brevissima; alie vero tanto longiores quanto centro propinquiores, ut k b est longior k c, et k c longior k d, et k d longior k e, et k e et k g sint equales. ... duo latera b h et h k per 20am primi sunt maiora latere b k ... maior omnibus aliis ... [illegible] ... que est equalis linee k g ... quod est propositum.



8a Si extra circulum puncto signato, ab eo ad circumferentiam linee plurime circulum secando ducantur, que super centrum transierit erit omnium longissima, centro autem propinquiores ceteris remotioribus longiores. Linee vero partiales ad circumferentiam extrinsecus applicate ea que diametrum adiacet in directum omnium est minima, eique propinquiores remotioribus breviores. Due vero linee que brevissime utrinque eque appropinquant equales sunt. Sit ut a puncto a signato extra circulum b c d, cuius centrum sit n, ducantur linee plurime ad circumferentiam circulum secando, que sint a k n b, a h c, a g d, a f e. Dico quod a b transiens per centrum omnium est longissima, et quod a c est maior a d, et a d maior a e, et quod a k est omnium brevissima, et quod a h est minor a g, et a g minor a f ... [illegible] ... per 20am primi duo latera a n et n c ... maior a c ... quod est propositum.




9a Si intra circulum puncto signato, ab eo plures quam due linee ducte ad circumferentiam fuerint equales, punctum illud centrum circuli esse necesse est. Sit ut a puncto a signato intra circulum b c d ducte sint tres linee a b, a c, a d ad circumferentiam, quas pono esse equales. Dico punctum a esse centrum circuli. ... [illegible] ... quod est propositum. Duobus tantum locis secare necesse est. Sit si



10 Si circulus circulum secet, in ... possibile sit duo circuli secantes se in pluribus locis quam duobus ... puncta a b et c ... quod est impossibile per 9am huius.

11 Si circuli se interius contingant, linea que per centra eorum transeat ad punctum contactus eorum applicari necesse est. Sint enim ... duorum circulorum ... contingentium se ... [illegible] ... quod est impossibile.



12 Si circulus circulum contingat sive extrinsecus sive intrinsecus in uno tantum loco ipsum contingere necesse est. Si enim fuerit possibile, quod circulus contingat in duobus locis circulum, contingat circulus abcd circulum abe, aut intrinsecus in duobus punctis a b, vel extrinsecus circulus cdf in duobus punctis c d. Cum ergo duxerimus lineam rectam ab a ad b, si ipsa cadet extra circulum interiorem accidet contrarium secunde huius ... [illegible]

13 Recte linee si in circulo fuerint equales eas a centro equidistare, et si a centro et ipse equidistiterint equales esse necesse est. Sit in circulo abc cuius centrum sit e linee ad et cb sint equales. Dico quod ipse distant equaliter a centro ... [illegible] ... quod omnium esse longissimam.

14 Si intra circulum plurime linee recte ceciderint diametrum, eique propinquiores maiores esse necesse est. Sit ut in circulo abc cuius centrum e cadant plurime linee que sint ab, ac, ae, df, et hk, sitque ae diameter. Dico ipsam esse longissimam et alias tanto maiores quanto propinquiores ... [illegible] ... Diametri cuiuslibet circuli orthogonaliter linea ducatur extremum ...

15 Si ab alto tiorem necesse est, atque inter illam et circulum aliam recipi est impossibile. Angulus autem ab illa et circumferentia contentum omnium acutorum esse angustissimum. Angulum vero intra semicirculum a diametro et circumferentia contentum omnium acutorum angulorum amplissimum. Non etiam manifestum est ... [illegible] ... Sit ut a fine a diametri ac circuli abc cuius centrum d ducatur linea orthogonaliter ... [illegible]

cum angulo e a d est equalis uni recto, erit angulus e a d equalis angulo contingentie et acutissimus omnium acutorum per 3am partem huius; erit similiter angulus e a d similiter equalis acutissimo omnium acutorum, sed angulus e a f est acutior per premissam, erit igitur aliquo acutus acutissimo, quod est impossibile. Non erit itaque angulus mixtus equalis angulo rectilineo, et quia transit a minori ad maius et non per equalia, patet quod est reprehensibile minor eo et maior, et non equalis, propter instantia contra utrumque argumentatorum predictorum.

16 A dato puncto ad datum circulum lineam contingentem ducere. Sit circulus datus a b in centro e, punctus datus d. Volo igitur a puncto d ducere lineam contingentem a b. Produco lineam d e secantem circumferentiam circuli a b in puncto a, super quod describo circulum d e g circulo a b, et a puncto a duco lineam perpendicularem super a e ad lineam d e, que secet circumferentiam circuli d e in puncto c, et produco lineam e c secantem circumferentiam circuli a b in puncto b. Dico quod protracta linea d b usque ad punctum b, erit contingens circulum a b, quia cum duo latera a c et c e trianguli a c e sint equalia duobus lateribus b e et e d trianguli b e d, et angulus e est communis utrique, erit per 4am primi angulus e a c equalis angulo d b e, quare angulus d b e est rectus, ergo per correlarium precedentis erit linea d b contingens circulum a b, quod est propositum.

17 Si circulum linea recta contingat, a contactu vero ad centrum linea recta ducatur, necesse est eam super lineam contingentem perpendicularem esse. Sit linea a b contingens circulum c e in centro d in puncto c, a quo ducatur ad centrum linea c d. Dico hanc esse perpendicularem super lineam contingentem. Si enim non est perpendicularis ad ipsam, sit igitur d f perpendicularis ad eandem, que secet circumferentiam circuli in puncto e; eritque uterque angulorum qui sunt ad f rectus, quare per 18am primi linea c d, et ita d e, est maior linea d f, quod est impossibile. Restat igitur d c perpendicularem esse super a b, quod est propositum. in circulo linea quedam ortogonaliter ducatur, in

18 Si circulum linea recta contingat, et a contactu eadem centrum esse necesse est. Sit ut prius linea a b contingens circulum c e in puncto c, et a contactu ducatur in circulum c e linea perpendicularis ad lineam a b. Dico quod centrum circuli est in linea c e. Si enim non fuerit centrum in linea c e, sit alibi ubicumque contingat, sitque d, et producatur d c, que per premissam erit perpendicularis ad lineam a b, quod est impossibile, cum c e posita sit perpendicularis ad ipsam. Quare patet propositum.

19 Si intra circulum angulus super centrum consistat, alius vero angulus super circumferentiam, eandem basim habeant, inferior superiori duplus erit. Sit ut in circulo a b c super circumferentiam sitque uterque angulus eadem basi, que sit corda arcus a c. Dico angulum a d c duplum esse ad angulum a b c. Sed sic procedatur: aut enim due linee a b et b c concludunt duas lineas a d et d c, aut altera earum sit linea una cum altera, aut altera primarum secat alteram postremarum. Sit igitur primo ut concludant eas, ut in prima figuratione apparet, et producatur linea b d e, eritque per 32am primi angulus a d e extrinsecus equalis duobus intrinsecis, qui sunt b a d et a b d, et quia ipsi sunt equales per 5am, erit angulus a d e duplus ad angulum a b d. Similiter modo erit angulus e d c duplus ad angulum d b c, quare totus angulus a d c duplus est ad angulum totum a b c, quod est propositum. Si vero altera duarum linearum a b et b c fiat linea una cum altera duarum que sunt a d et d c, ut in 2a figuratione apparet, simili modo sicut prius liquet propositum. Si vero altera duarum primarum secet alteram duarum postremarum, ut in 3a figuratione apparet, ut linea a b secet lineam c d, producatur linea b d e, eritque per eandem quam assumpsimus et similiter modo angulus e d a duplus ad angulum d b a, et totus angulus e d c duplus ad totum angulum d b c, quare dempto angulo e d a, qui est duplus ad angulum d b a, a toto e d c, et suo subduplo d b a a toto d b c, erit residuus angulus a d c duplus ad angulum a b, quod est propositum.

19 Si due superficies se invicem secantes super unam superficiem erecte fuerint ortogonaliter, communis earum sectio ad eandem superficiem perpendicularis erit. [illegible]

20 Si tres anguli superficiales solidum angulum contineant, illorum trium angulorum quorumlibet duo pariter accepti reliquo sunt maiores. [illegible]

[illegible]

21 Omnis angulus solidus quatuor rectis angulis minor esse probatur ex angulis superficialibus ipsum solidum continentibus. [illegible]

[illegible]

22 Si tres anguli superficiales quorum quilibet duo pariter accepti tertio sint maiores, lineis sibi invicem equalibus contineantur, de tribus basibus angulos ab ipsarum linearum equalium terminis subtendentibus triangulum constitui possibile est. [illegible]

[illegible]

23 Tribus angulis superficialibus propositis quorum quilibet duo pariter accepti tertio sint maiores, omnes autem tres sint quatuor rectis angulis minores, ex illis tribus equalibus qualescumque sint solidum angulum constituere. [illegible]

[illegible]

ḡor trās / qd̄ est āplius q̄tuū positis / relinquit̄ itaque nunc / qd̄ ex sex latibus 3ˢ ꝑpositos an̄los
ābidentibus / maius ēē l̄ᵃ egrediente a c[entr]o g ad circū[ferentiam] d e f / q[ui]c[qui]d eꝗ ē potens / sit g° potens
ī l̄ᵃ g h / q̄ sit ꝑ 12ᵃᵐ ortogonalit̄ erectā sup[er] sup[er]ficiem d e f / demittant̄ eꝗ 3ˢ ypothenuse h d / h e / h f /
q̄s dico 3ˢ an̄los sup[er]ficiales / ꝯtinere / eq̄les t[ri]b[us] ꝑpositis / ꝯstituētis an̄lm̄ solidū ī puncto h [illegible]
[illegible]
[illegible]
facta esse qd̄ facere disposuimus. [Omne] solidū ꝯtinea[tur] eius opposite sup[er]ficies ꝑ inuicē


24 [S]i sup[er]ficiebus eq̄distātibus equales sūt / ⁊ eq̄distātiū later[um] [illegible]
[illegible]


25 [S]i sup[er]ficies q̄dā secet solidū parallello laterū sup[er]ficiebus ꝯtentum eq̄distāti[bus] duabus ipsius op[positis] / duo par[alle]lepipeda corpora q̄ ad illā secantē sup[er]ficiē velut ad ꝯē tūn copulant[ur] / [erunt] suis basibus ꝑportionalia.
Sit corpus a b solidū parallello[grammum] / ⁊ secet ipsū sup[er]ficies c d / eq̄distās [illegible]
[illegible]


26 Sup[er] datū punctū date linee / angulo solido ꝑposito equalē solidū angulū constituere. Solidus an̄lus ꝑpositus sit a / q̄ ꝯtineat̄ t[ri]bus lineis a b / a d / a c / [illegible]
[illegible]

[illegible]
















27 Super assignatam lineam dato solido equidistantium superficierum simile solidum constituere.
Sit assignata linea ab, de cuius situ utrum in plano iaceat vel perpendiculariter exurgat nichil curetur. Sit itaque
assignatum corpus solidum cd, cui super lineam ab iubemur simile solidum fabricare. Et ergo per 23 huius constituetur
superficiales angulos ex quibus componitur solidus c, contentos lineis ce, cf, cg, et super propositum punctum a linee ab
constituatur angulus solidus equalis c, qui contineant per 12 huius a b, a h, et a k, et auxilio 12e sexti sit proportio ce ad ab
et cf ad ah et cg ad ak proportio una. Deinde a tribus punctis a, h, k compleatur per lineas h l equidistantem
linee a k et h m equidistantem ak, itemque bl equidistantem ah. Amplius extrahatur m p equidistans h l, et p l
equidistans h m, compleaturque et linea p n, eritque completum solidum paralellogramum a p, quod dico esse simile solido
c d. Hoc autem ex diffinitione similium superficierum et diffinitione similium corporum, si eam memineris, facile concludes.

28 Si superficies alique solidum paralellogramum super duas equales oppositas superficies
eius terminales super earum duas diametros secet, eandem superficiem corpus illud
per equalia secare necesse est. Sit corpus a b solidum paralellogramum, de quo sit propositum quod superficies secet
ipsum super diametros duarum superficierum oppositarum ipsius solidi transiens que sunt ad et cb. Dico quod ipsa dividit
propositum solidum per equalia. Constat enim quod ipsa dividit de solido in duo serratilia quorum superficies quadrilateras
binas et binas adinvicem relatas, sed quod ipsa sunt opposita latera solidi propositi, manifestum est per 25 huius
esse equales, cum solidum de quo loquimur positum sit esse paralellogramum. Et eodem modo et 34a primi constat trilateras
superficies duorum serratilium esse equales. Ergo a diffinitione solidorum equalium liquet propositum. Atque super lineam

29 Cuncta solida equidistantium superficierum equalia in eadem basi una constituta
probantur esse equalia. Notum est quod solida equidistantium laterum equalia, si inter eas superficies
equidistantes super una et eadem basi constituta sint, adinvicem equalia, sicut de superficiebus in 34a primi demonstratum
est. Sed talium solidorum quedam dicuntur constitui super lineas unas, et sunt ea quorum supremarum superficierum duo opposita
latera sunt sub continuitate, protracta linea una, et de talibus hec 29a propositio demonstrandum ipsa omnia esse equalia. Et
autem eorum alia que non dicuntur constitui super lineas unas, et sunt illa quorum supremarum superficierum duo latera opposita
quemlibet sumantur sub continuitate protracta, non sunt linea una, et de talibus sequens demonstrandum proponit ipsa quoque omnia
esse adinvicem equalia. Sint itaque duo solida paralellogramma equalia, sive inter eas superficies equidistantes ab et ac, eo
situata sint super una basi que sit ad, quorum supreme superficies sint eb et fc, sitque harum supremarum superficierum duo
latera opposita, cum sub continuitate protrahuntur linea una, et ipsa sint ef et bc. Dico itaque quod solida ab et ac
sunt equalia. Hoc autem si figuras eorum sicut quod oportet actu vel cogitatione fabricamus, et quemadmodum in 34a primi
comprobavimus, idem facere licet de serratilibus, quod ibi de triangulis facile concludemus, potissime convertens hic eadem
diffinitiones in solidis que ibi in superficiebus occurrunt. Et si in eadem basi non autem super

30 Cuncta solida equidistantium superficierum equalia lineam unam fuerint constituta
probantur esse equalia. Sint nunc duo solida paralellogramma equalia, sive inter superficies equidistantes
sitaque super una et eadem basi, sed non super lineam unam constituta. Dico itaque ea esse equalia. Esto enim duo
solida paralellogramma ab et ac equalia, sive inter superficies equidistantes constituta super unam basim que sit ad, sed non
super unam lineam, sitque eorum supreme superficies eb et fc, quarum opposita latera sub continuitate protracta non erunt linea una,
sed utrumque ipsa latera ex hypotesi sint in una superficie, eo quod solida paralellogramma sunt inter superficies equidistantes, ut
est. Sint duo latera unius earum protracta sub continuitate secent duo alterius protracta sub continuitate. Protrahantur itaque duo
opposita latera superficiei eb, que sint eg, hb, et duo opposita superficiei fc, que sint kf et cl, et secent se super quatuor puncta
m, n, p, q. Eritque superficies mnpq equidistantium laterum equalis unicuique harum superficierum quarum est una basis propo-
sitis solidis communis, et ipsa est ad, et due reliqua sunt supreme superficies eorundem solidorum, et ipse sunt eb et fc. Ducantur
itaque lineis a quatuor punctis m, n, p, q ad quatuor angulos basis ad sibi sub continuitate relatos, que sint na, mq,
ps, qd. Perfectum erit solidum paralellogramum aq in eadem basi cum utroque duorum positorum, et equalium, et super lineam unam
cum utroque ipsorum. Per premissam ergo utrumque duorum solidorum propositorum, que sunt ab et ac, est equale solido aq. Per
conceptionem ergo est solidum ab equale solido ac, quod est quod propositum. Potest etiam quamvis hec et premissa probare
in libro ad ipsa que ponas enim duo quelibet solida paralellogramma esse equalia, et constituta super eandem basim, et de-
monstrabis ea esse equalia, eritque hec et premissa tue demonstrationis medium. Supple autem ad quod dicendum erit parte
suo toti esse equale. Item evidenter patebit, si de illo solido quod alterius esse maius ostenditur adiungimus, cum sibi
ambo posita sint equalia et super eandem basim constituta, unum solidum paralellogramum equalium demissioni abscindens
sed eum abscissum equale esse demissioni, convinces per hanc et premissa quod totum est toti illi a quo ipsum abscinditur per


31 Solida equidistantium superficierum in basibus equalibus constituta si fuerint equalia, scilicet fuerint
alta lineeque angulares super bases ortogonaliter steterint, erunt equalia.
Hoc quoque verum est quod omnia solida paralellogramma in equalibus basibus atque inter equidistantes superficies, sive equalia, con-
stituta, sunt adinvicem equalia, sicut de superficiebus equidistantium laterum per equales bases et inter lineas equidistantes
constitutis in 36a primi probatum. Et talium solidorum alia sunt quorum angulares linee super suas bases ortogonaliter
eriguntur, de quibus hec 31a propositio est demonstrandum ea esse equalia. Alia vero sunt quorum angulares linee super suas bases
non sunt ortogonaliter erecte, de quibus sequens demonstratio proponit ea esse equalia. Intelligantur itaque super duas bases
ab et dc, que sunt equales et equidistantium laterum, non autem unius nominationis, sed sit ab tetragonus longus, et cd simile
elmuhahym, duo solida equidistantium laterum equalia constituta, sitque linee erecte super angulos propositarum ba-
sium perpendiculariter ad ipsas. Dico hec duo solida adinvicem esse equalia. Protrahantur enim duo latera basis ab,
et sint illa que continent angulum b, usque ad f et e, et fiat angulus fbg equalis angulo c basis cd, et ponantur
due linee bf, bg equales duobus lateribus basis cd, et ponantur que continent angulum c, et perficiatur superficies equidistantium
laterum bh, que erit equalis et similis basi cd. Deinde protrahatur he equidistans bf, et fk equidistans be, eritque
quadrilatera superficies bk equidistantium laterum, equalis bh per 34a primi. Sed quoniam bh sit equalis cd, erit per conceptionem
bk equalis ab. Compleatur itaque superficies equidistantium laterum bl, protracta linea kf, quousque concurrant ambo ex
lateribus continentibus angulum a in puncto l. Age ergo per 33 superficies equidistantium laterum que sunt bh, kb, bl constituantur
solida equalia, solido constituto super basim ab, sitque linee omnium solidorum erecte super bases perpendiculares ad ipsas,
et appellentur bases, et solida super ipsis constituta eisdem nominibus. Manifestum ergo per diffinitionem solidorum equalium


atque similiter, quare duo solida bh et cd equalia sunt atque similia. Dico solidis ab bh et bk constat per 29am quod ipsa sunt equalia, sunt enim equalia et constituta sunt super unam et eandem basim, et ipsa est superficies cuius sunt lineae bf et sunt lineae una. Est autem per 29am proportio solidi ab ad solidum bl sicut basis ab ad basim bl, et per eandem solidi kb ad solidum bl sicut basis bk ad basim bl. Cumque sit utriusque duarum basium ab et bk ad basim bl una proportio, ergo per primam partem 7e quinti erit utriusque duorum solidorum ab et bk ad solidum bl una proportio, ergo per 2am partem 9e quinti erunt duo solida ab et bk equalia. Sed quia solidum bk est equale solido bh, solidum quoque bh solido cd, sequitur ex quarta solidum ab esse equale solido cd, quod est propositum.

32 Si solida equidistantium superficierum in equis basibus constituta equalium fuerint altitudinum lineae autem angulares ortogonaliter non steterint, ipsa equalia esse necesse est. [illegible]

[illegible]

33 Omnia solida equidistantium superficierum equalia altitudine super suis basibus sunt [illegible]







[illegible]

... quod alterius additum est equale. Et hec 33a. Cum enim esset totale alterius equale, ablatum et demissum suis basibus proportionalia per ypotesim, sequitur per primam partem 19 quinti totale quod additur alterius et residuum quod ab eo abscidisti esse equalia.

34 Si duo solida equidistantium superficierum lineis erectis fuerint equalia, eorum bases earundem altitudinibus mutuas esse. Si vero fuerint sue bases suis altitudinibus mutue, ipsa solida sunt invicem equalia esse necesse est. [illegible]





[illegible]

35 Si duo solida equidistantium superficierum fuerint equalia, eorum bases eorundem altitudinibus erunt mutue. Si vero bases sue altitudinibus suis mutue fuerint, que duo corpora equidistantium superficierum probantur esse equalia. [illegible]

36 Si solida equidistantium superficierum fuerint similia, proportio erit utriusque ad alterum tamquam sui lateris ad sui relatiui lateris alterius proportio triplicata. Sint duo solida a et b

11?

Ex natura corporis et planicie dimensionis ut dicitur erit ... quanto/ ... solido figuratis/ ... plano ... disposite figurare ... perspicue

et c d parallelogramma et similia. Dico quod proportio unius ad alterum est sicut unius lateris eius ad unum latus alterius proportio triplicata, quemadmodum duarum similium superficierum proportio est sicut earum relativorum laterum proportio duplicata, ut in 18 sexti demonstratum est. Si enim solida a b et c d fuerint equalia, cum ipsa ponantur similia erit ex diffinitione similium corporum et similium superficierum omnia latera unius equalia suis relativis lateribus alterius, ideoque cum duarum equalium quantitatum proportio triplicata, a quibuslibet sumpta, non efficiat nisi equalitatis proportionem, constat in hoc casu verum esse quod proponitur. Si autem inequalia, sit a b maius, cuius longitudo sit b e, latitudo e f, altitudo f a, basis e n, suprema superficies a n; solidi vero c d sit longitudo d g, latitudo g h, altitudo h r. Constat itaque ex diffinitione similium corporum et ex diffinitione similium superficierum et premissa ypothesi quod proportio a f ad c h, et f e ad h g, et e b ad g d sit una proportio. Sumatur ergo ex linea a f, quam manifestum est esse maiorem c h, linea f k equalis h c, certe quod si ... altitudinis solidi a b ... ad equalitatem eius et ... compleatur solidum parallelogrammum k b equale altitudine solido c d, et protrahantur due linee basis e b usque ad l, et e b usque ad m, sitque b l equalis g d et b m equalis h g, et perficiatur superficies equidistantium laterum m l, que erit equalis et similis h d. Super eam ergo erigatur solidum parallelogrammum p q, sitque altitudo ipsius equalis altitudini solidi a b, eritque p q equale et simile solido c d. Rursum quoque inter lineas k r et b l perficiatur superficies equidistantium laterum k t, super quam erigatur solidum parallelogrammum x l equale altitudine utrique duorum solidorum k b et p q, et complendo altitudinem duorum angularium ... in eis. Cum autem duo solida a b et p q sint similia, eo quod ambo posita sint similia solido c d. Corpora vero uni et eidem corpori similia inter se sunt similia, ut patet ex diffinitione corporum similium et 20a sexti, manifestum est ex 21a ... assumpta quod inter duo solida a b et p q sint continue proportionalia, cadunt duo solida k b et x l. Oportet ergo constituta figura ypotesibus ... firmiter ... quod prima sexti ... concludes propositum. Exercite corpore et diligenter attende. Sequitur ergo ex 24a huius, proportionem solidi a b ad solidum k b esse sicut superficiei a r ad superficiem k r, ideoque ex prima sexti sicut linee a f ad lineam k f, et proportionem solidi k b ad solidum x l sicut superficiei k t ad superficiem x t, ideoque sicut linee f r ad lineam r t, et proportionem solidi x l ad solidum p q sicut superficiei x l ad superficiem m l, ideoque sicut linee r b ad lineam b m. Ex ypothesi vero liquet quod proportio linee f r ad lineam r t, et linee r b ad lineam b m est sicut linee a f ad lineam k f, itaque ex diffinitione proportionis triplicate, posita in principio 4i, constat quod proportio solidi a b ad solidum p q, ideoque etiam ad solidum c d, est sicut linee a f ad lineam f k triplicata, et quia linea k f posita est equalis linee c h, patet verum esse quod dicitur.

Scire autem oportet quod quicquid per hanc 30am et per alias eam continue precedentes demonstratum est de solidis parallelogrammis, idem quoque verum est de seratilibus quorum bases continentur sub trigono, aut continentur tetragono, hoc autem ex 28a et hac 30a et aliis eam continue precedentibus constabit ingenioso inspectori. Si enim fuerint seratilia quorum equales altitudines sint eidem basi vel sint equales, continentur sub trigonis aut continentur tetragonis, cum ipsa sint dimidia solidorum parallelogrammorum suarum altitudinum ex 28a, ipsa erunt equalia ex 29a et sequentibus. Ex his enim constat solida parallelogramma ... seratilibus ... equalia, similiter quod si sint duo seratilia sub basibus contentis trigonis aut contentis tetragonis equalis altitudinis, ipsa erunt suis basibus proportionalia, quemadmodum de solidis parallelogrammis 32a proponit, ipsa enim sunt ex 28a dimidia solidorum parallelogrammorum sue altitudinis, solidorum autem parallelogrammorum sue altitudinis eorum quorum basium eadem proportio ex 32a. Cum itaque sit solidorum parallelogrammorum proportio sicut seratilium, quia sicut simplum ad simplum sic duplum ad duplum ex 15a quinti, atque basium solidorum parallelogrammorum est proportio sicut basium seratilium, aut enim erit eadem basis seratilium et solidorum parallelogrammorum, et hoc quidem erit cum basis seratilium fuerit tetragone, tunc enim ex seratilibus sic eadem basis erit solidi parallelogrammi complenda, aut basis seratilium erit subduple ad basem solidorum parallelogrammorum, et hoc quidem erit cum basis seratilium fuerit contenta trigono, tunc enim erit ex seratilibus solida parallelogramma complenda, adiunctis ad bases seratilium superficiebus trigonis, ut fiat basis seratilium sicut ... basium. Eodem quoque modo si seratilia fuerint equalia, fuerintque contenta sub basibus trigonis aut tetragonis, bases eorum altitudinibus ipsorum mutue erunt. Quod si bases eorum suis altitudinibus fuerint mutue, ipsa seratilia erunt equalia, sicut de solidis parallelogrammis 33a et 34a proponunt. Hoc autem facile patet ex hiis que dicta sunt in 34a. Si vero seratilia fuerint adinvicem similia, erit proportio unius ad alterum sicut proportio lateris unius ad suum relatum latus alterius proportio triplicata, quemadmodum de solidis parallelogrammis 30a proponit, eadem ex eadem 30a facile tibi patebit, si ex illis seratilibus similibus solidis parallelogrammis completis solida ipsa probaveris esse similia, eadem ex diffinitione similium corporum et similium superficierum, et ex hoc quod seratilia ponuntur adinvicem similia, et 30a premissa, leve est negotium.

35a Si fuerint duo anguli plani equales super quos due ypotenuse in aere statuantur cum lateribus angulorum sibi invicem angulos singulis equos continentes, atque in illis ypotenusis duo puncta signentur a quibus due perpendiculares ad superficies angulorum propositorum demittantur, a punctis autem super que perpendiculares ceciderint ad eosdem angulos planos due recte linee ducantur, duo anguli qui a duabus illis lineis atque duabus ypotenusis continentur equi sibi adinvicem esse probantur. Sint duo anguli a et d equales, contenti lineis a b et a c et d e et d f, et super eos erigantur due linee ypotenusales a g et d h, sitque angulus g a c equalis angulo h d f, et angulus g a b angulo h d e, atque in duabus ypotenusis a g et d h signentur quelibet duo puncta k et l, a quibus per propositionem 11e huius demittantur ad superficies angulorum a et d due perpendiculares que sint k m et l n, et protrahantur due linee a m et d n. Dico ergo angulum g a m esse equalem angulo h d n. Sit linea a k equalis d l, hoc quidem fiet per ... ex linea a g secetur a p equalis d l, et a puncto p demittatur perpendicularis ad superficiem anguli a, que sit p q. Manifestum est ergo quod punctum q est in linea a m, quod ex 6a huius et diffinitione linearum equidistantium, quod necesse est esse in superficie, facile constat studiose intuenti. Deinde a puncto q ducantur due perpendiculares, una ad lineam a b, que sit q r, et alia ad lineam a c, que sit q s. Similiter quoque a puncto n ducantur alie due linee perpendiculares, una ad lineam d e, que sit n t, et alia ad lineam d f, que sit n x, et protrahantur r s et t x. Item quoque a punctis p et l demittantur ypotenuse p q, p r, p s, et l n, l t, l x. Hiis itaque positis figuraque prudenter disposita, demonstrationem propositi sic collige. Constat ex penultima primi quod quadratum a p linee est equale quadratis duarum linearum a q et q p, atque ex eadem quod quadratum a q est equale quadratis duarum a r et r q, itemque quadratum a p est equale quadratis linearum a r, r q et q p, sed ex eadem quadratum r p est equale quadratis duarum linearum r q et q p, ergo quadratum a p est equale quadratis duarum linearum a r et r p, ideoque ex ultima primi angulus a r p est rectus. Simili quoque modo probabis unumquemque trium angulorum d x l, a r p, d t l esse rectum. Cum ergo ex ypotesi sit angulus r a p equalis t d l, et linea a p linee d l, erit ex 26a primi linea d t equalis a r, et p r equalis t l. Eodem quoque modo cum ex

[illegible]

38 Solidum tribus lineis proportionalibus contentum equum erit solido quod a medie linee equis lateribus continetur si anguli sui amborum sibi invicem equales fuerint

[illegible]

39 Si fuerint quotlibet linee proportionales, solida que sunt equidistantium atque similium unius quoque creationis superficierum erunt proportionalia. Si vero solida equidistantium atque similium unius quoque creationis fuerint proportionalia, linee quoque a quibus ipsa continentur erunt proportionales.

[illegible]

40 Si insecta fuerint latera duarum oppositarum media, exierintque a punctis sectionum due superficies se secantes in cubum, necesse erit sectionem earum diametrum cubi per equalia secare et ab ipsa diametro versavice per equalia secari necesse est.

[illegible]

[illegible]

xl Si duo serratilia quorum alterum basim triangulam, alterum vero basim habens equidistantium laterum ipsi basi triangule duplam, equalta fuerint, illa duo corpora necesse est esse equalia. [illegible]

[illegible] explicit liber xi et sequitur 12us

Incipit 12us huius propositiones 16 et theoremata 13


1 Omnium duarum superficierum plurium multiangularum inter duos circulos descriptarum est proportio alterius ad alteram tamquam proportio quadratorum que ex diametris circulorum eas continentium proveniunt. Sint duo [illegible]

2 Omnium duorum circulorum est proportio alterius ad alterum tamquam proportio quadrati diametri ad quadratum diametri alterius. Sint duo circuli ab et cd [illegible]

Erit 5° minor quam dupla superficiei contente ergo poligonium inscriptum orthogonium cd maius superficie e / circulo 5° a b eadem via inscribatur poligonium orthogonium quod dicimus ab / erit ergo per premissam proportio orthogonii ab ad orthogonium cd sicut quadrati diametri ab ad quadratum diametri cd / sed quadrati ab ad superficiem e sicut premittitur poligonium ab ad circulum ab / sed poligonium cd ad superficiem e / [illegible] maior superficie e / erit poligonium ab maius circulo ab / quod est impossibile / [illegible] ... sicut quadratum diametri ab ad quadratum diametri cd / sed circuli ab ad superficiem e / erit ergo quadratum diametri cd ad quadratum diametri ab / sicut superficies e ad circulum ab / [illegible] ... ad aliquam superficiem que sit f / erit ergo ex 12ª quarti / superficies f minor circulo ab / itaque proportio quadrati diametri cd ad quadratum diametri ab / erit sicut circuli cd ad superficiem f minorem circulo ab / [illegible] ... impossibile / [illegible] poligonium inscriptum circulo maius esse circulo / [illegible] ... minor circulo cd / [illegible] maior / erit 5° ... [illegible] ... per 3am partem ... quarti / habetur propositum /


3ª Omnis piramis cuius basis triangula dividi potest in duas equas piramides sibi invicem piramidique toti similes et in duo corpora serratilia equalia / que ambo pariter accepta dimidio totius piramidis necesse est esse maiora /

Sit piramis a b c d / super basim triangulam b c d / cuius vertex solidus angulus a / a quo ducantur 3es ypotenuse ab ac et ad / ad 3es angulos basis / et dividantur omnia latera basis per equalia / in punctis e f g / [illegible] ypotenuse in punctis per equalia h k l / et protrahantur in basi due linee e f et e g / erit ergo basis eius divisa in 3es superficies / [illegible] ... [illegible]




[illegible] ... totius piramidis [illegible] ... corpora serratilia totalis piramidis dividuntur / Alterum vero quadrangula ... [illegible] ... tres quartas esse totalis piramidis dicere / hanc propositionem ... [illegible] ... illa duo serratilia pariter accepta / duas partiales piramides / [illegible] ... serratilia totalis dividuntur pariter accepta quamlibet partialem ... propositum [illegible] /

e Si due piramides equalte quarum bases triangule singule in binas piramides equales sibique invicem ac toti similes bina que serratilia equalia dividantur / erit proportio basis unius ad basim alterius / tamquam proportio duorum serratilium suorum ad duo serratilia alterius / eritque palam omnia serratilia que fuerint in utraque illarum piramidum pariter accepta ad cuncta serratilia que in altera piramide fuerint / eandem habere proportionem quam basis eius piramidis ad basim alterius / Sint due piramides / quarum bases triangule equilatere / hec quidem abcd / cuius conus punctus a / basis triangula bcd / ypotenuse ab ac ad / illa vero efgh / cuius conus sit punctus e / basis triangula fgh / ypotenuse ef eg eh / hee due piramides dividantur / [illegible] ... [illegible]



[illegible] ... serratilia ... [illegible]



[illegible] ... Correlarium autem ex eo manifestum est / quod simpliciter alterius partialis bases partialium piramidum sic se habent ad invicem / sicut bina serratilia unius ad bina serratilia alterius / et quia bases partialium sic se habent ad invicem / sicut bases totalium per 2am partem 18e sexti / et permutatim proportionaliter / constat et ex 13ª quinti verum esse quod correlarium proponit / alte quarum bases triangule / suis basibus

4 Omnes due piramides eque sunt proportionales / [illegible] 33ª undecimi proponit de solidis parallelogrammis / et in fine 36e undecimi verum esse demonstravimus de serratilibus / hec 4ª 12i proponit de piramidibus triangulis / intelligantur itaque due piramides equealte quarum bases sint duo trigoni a et b / dico quod proportio piramidis a ad piramidem b est sicut basis a ad basim b / [illegible] ... sit enim ut basis a ad basim b / ita piramis a ad corpus c [illegible] ... piramis b sit equalis duobus corporibus c et d pariter acceptis / [illegible]

129

propositio 3ª detrahantur ab eo duo parallela que ex communi premissa sunt maiora medietate ipsius piramidis itemque ex utraque partialium piramidum, si placet, duo corpora parallela donec dimittatur / et fiat hoc totiens quotiens ex piramide b / cognitum addueris per primam 10i. continet reliquum minus solido d / erit ergo ex quo piramidis parallela detracta maius c / fiat ergo a piramide a similis parallelorum detractio / et intelligantur tot parallela detracta esse ex piramide a quot detraximus ex piramide b / eritque ex corollario premisse sicut basis a ad basim b / ita parallela detracta a piramide a ad parallela detracta a piramide b / sed sicut erat piramis a ad corpus c / itemque parallela piramidis a ad parallela piramidis b sicut piramis a ad corpus c / et permutatim parallela piramidis a ad piramidem a sicut parallela piramidis b ad corpus c / cumque sint parallela piramidis b / maius corpore c / erunt parallela piramidis a / maius piramide a / et quia hoc est impossibile, non erit corpus c minus piramide b / eodem modo nec maius / hoc enim probato posito non sit proportio basis a ad basim b / sicut piramidis a ad corpus c / erit eadem basis b ad basim a / sicut corpus c ad piramidem a / eritque ex conversa premissa piramidis b / ad aliquod corpus quod sit d / ita quod corpus d sit minus piramide a / sicut piramis b ad corpus minus piramide a / Ex hac autem demonstratione est impossibile, videlicet quod parallela detracta ab aliqua piramide maius sint ea piramide a qua detrahuntur itemque relinquitur corpus c esse equale piramide b cum non maius ea possit esse, nec minus / et proportionem piramidis a ad piramidem b / esse sicut basis a ad basim b / hoc autem erat demonstrandum in proposito.

6 Omne corpus parallele in tres piramides equales basesque triangulas habentes est divisibile / Sit parallele a b c d e f / quod dico esse divisibile in tres piramides triangulas equales / protrahatur enim in utraque duarum superficierum parallelarum linea diagonalis / ita quod una harum diagonalium sit contralis reliquis duabus / ut si protraham lineas b d b f f a / quas per consequens protrahe concurrens / eritque totum parallele in tres piramides triangulas divisum / quas ex premissis assumpta facile constat esse equales / Cum autem euclides nichil dimitandum proposuit de piramidibus lateratis / exceptis solidis hiis quorum bases sunt triangule / Ut omnium autem genera in elementis que possunt sufficienter elici possimus / arbitramur non inutile demonstrationibus hic positis adiungere / Solum enim elementis contentus euclides multa pretermisit / que quamvis ex eis sequantur / non tamen sine difficultate patet studentibus / horum autem primum est hoc / parallele / altera vero piramis / cuius basis

Prima propositio

Si duo solida quorum alterum triangula super eandem basim aut equales trigonas aut parallele super quadrangulam piramis autem super trigona que quadrangule basis dimidium constituta fuerint equalta / parallele piramidi triplum esse conveniet / Si parallele propositum fuerit super basim trigonam / patet ex piramide proposita super primam basim perficiatur parallele piramidi proposite equaltum / Si vero parallele fuerit super basim quadruplam / ... basim piramidis adiciatur triangulus ex quo et basi piramidis perficiatur superficies equidistantium laterum super quam ... ipsa piramide compleatur parallele piramidi equaltum / quia ergo istud parallele posito parallelo est equaltum et bases utriusque sunt equales ex ypothesi sequitur ipsa esse equalia / hoc enim demonstratum est in 30ª 11mi / Et quia ex 6ª huius 12i parallele istud est triplum ad piramidem propositam / cum ipsa sit ex piramidibus ... parallele dividatur / erit ergo per communem scientiam propositum parallele triplum ad propositam piramidem / quod est propositum /

Propositio 2ª

Si quotlibet piramides quarum bases triangule super unam eandemque basim sive super equales constitute fuerint equalte / eas adinvicem equales esse necesse est / Fabricato enim uno parallelo equalto piramidibus propositis / super basim triangulam equalem basibus propositarum piramidum / aut super basim quadrangulam duplam basibus eisdem erit ipsum parallele triplum ad piramides singulas / hoc enim constat ex premissa propositione / ergo ex quarta ... propositione piramides sunt adinvicem

3ª propositio

Omnes piramides quarum bases triangule equalte suis basibus sunt proportionales / Equales / fiant super bases propositarum piramidum aut super alias trigonas equales aut super parallelogramma duplas parallela ipsis piramidibus equalta / eruntque ob hoc parallela invicem equalta / et quia parallela suis basibus sunt proportionalia / ut in 30ª 11mi probatum est / ... ipsius mediante / cumque ex prima harum additarum manifestum sit hec parallela tripla esse ad propositas piramides / unumquodque videlicet ad suum relatum / basesque ipsorum equales aut duplas esse basibus ipsarum / Sit autem ex 14ª 5i / ut triplum ad triplum / ita simplum ad simplum / erunt ergo proposite piramides suis basibus proportionales / equalte fuerintque alterius bases trigona reliquum

4ª propositio

Si fuerint due quelibet piramides aut tetragona aut pluri latera / piramides ipsas suis basibus proportionales esse conveniet / Exempli gratia / intelligantur due piramides super duas bases / a et b equalte / sitque basis a triangula b vero pentagona / et dicuntur hee piramides a et b / dico itaque proportionem piramidis a et b esse sicut basium a et b / dissignatur quidem pentagonus b in tres triangulos c d e / eritque tota piramis b divisa in tres piramides equaltas / quarum bases sunt trianguli c d e / que et dicuntur nominibus suarum basium / quia ergo ex premissa propositione proportio piramidis c / ad piramidem a est sicut trigoni c ad trigonum a / et piramidis d ad piramidem a sicut trigoni d ad trigonum a / itemque piramidis e ad piramidem a / sicut trigoni e ad trigonum a / erit ex 24ª 5i bis assumpta / quod sit proportio aggregati ex omnibus piramidibus c d e / et ipsum est piramis b ad piramidem a / sicut aggregati ex omnibus trigonis c d e / et ipsum est pentagonus b ad trigonum

5ª propositio

Omnes laterate piramides equalte suis basibus proportionales esse probantur / a constat ex premissa / Si altera earum fuerit super basim trigonam ex premissa propositione constat quod dicitur / Si autem basis utriusque fuerit poligonia / ... ipsarum basium resoluta in triangulos / et ipsa piramide in piramides triangulas / erit ex premissa propositione proportio unius cuiusque harum triangularium piramidum / ad quamlibet alteram propositarum piramidum ... / ad reliquam sicut sue basis ad basim alterius / itemque per 24am 5i ... assumpta / constat verum esse quod dicimus /

6ª propositio

Si due piramides triangularum basium fuerint equales earum bases eorundem

b

a

c

d

e

b

altitudinibus mutue erunt. Si vero bases et altitudines fuerint mutue, easdem piramides sibi invicem equales esse necesse est. Ratio 32e et 34e 11mi proportionatur de solidis parallelepipedis, et nos in 36a eam deduximus de parallelepipedis; hec autem 12i proponitur de piramidibus habentibus bases triangulas. Intelligantur enim due piramides equales super duos triangulos a et b, que dicantur a et b, dico itaque quod proportio basis a ad basim b est sicut proportio altitudinis b ad altitudinem a, et si hoc fuerit dico piramides a et b esse equales. Adhibeantur quidem duo trianguli a et b alii duo qui sint c et d ut fiant abc [illegible] ac et bd equidistantia laterum, et de ipsis piramidibus super bases ac et bd compleantur solida parallelepipeda piramidibus proportionis equaltum que sunt dicta ac et bd; [illegible] ex 6a huius 12i quod piramis a est sexta pars solidi ac, et piramis b sexta pars solidi bd, itaque ex 34a 11mi argue propositum [illegible]

[illegible] propositio Si quelibet piramides laterate fuerint equales, earum bases earundem altitudinibus mutue erunt; si vero bases earum altitudinibus ipsarum mutue fuerint, easdem piramides equales esse oportet. Si bases utriusque fuerint triangule, demonstratum est iam esse quod dicimus; si [illegible] polygonie b, fiatque piramis [illegible] due piramides b et c sunt equales [illegible] piramides a et b sunt equales [illegible] due piramides a et c equales [illegible]

[illegible]

ut patet ex premissis erunt due piramides a et c equales [illegible] quod est propositum.

8 Omnium duarum piramidum similium quarum bases triangule est proportio alterius ad alteram tamquam lateris ad latus eius relativum proportio triplicata. Proportio duarum piramidum bases triangulas habentium similium ex ipsis perfice duo solida parallelepipeda [illegible] solida parallelepipeda similia [illegible] piramides ponuntur [illegible] piramidibus et solidis parallelepipedis superficialibus similes [illegible] anguli similes [illegible] ex 32a primi [illegible] solidorum parallelepipedorum [illegible] solidorum parallelepipedorum [illegible] solida sunt sextupla piramidibus ex 6a huius [illegible] ex 36a 11mi [illegible] proportio piramidum [illegible] laterum triplicata [illegible]

prima propositio Unde si fuerint quelibet piramides laterate similes, erit proportio alterius ad alteram sicut sui lateris ad sibi relativum latus alterius proportio triplicata. Sint due laterate piramides quarum communi a et b similes super bases pentagonas que sunt c d e f g [illegible] Constat enim ex h k l m n. Dico quod proportio earum est sicut earum relativorum laterum proportio triplicata [illegible]

[illegible]

[illegible] ut proportio totalium piramidum a et b sit sicut unius harum partialium sicut c d ad h k [illegible] ex 12a [illegible] proportionales. Verum est quod [illegible] ad unam ex hac 8a et 11a [illegible] constat verum esse quod dicimus.

12a propositio Omnes columpne laterate equealte suis basibus sunt [illegible] dicuntur super quelibet bases polygonias [illegible] columpne. Columpnas autem lateratas vocamus solida laterata quorum bases [illegible] superficies supreme sunt similes et equales [illegible] tantum laterum [illegible] solidorum [illegible] super unam [illegible]

hec figura est pro 8a

hec figurarum sunt pro prima propositio

intelligitur esse statutum. 2a vero species est columpna cuius basis est quadrilatera que ex duobus serratilibus necesse est
esse composita. 3a vero est cuius basis pentagona et ipsa ex tribus serratilibus perficitur. Triplicent autem dico quod omnis
laterata columpna in tot corpora serratilia potest distingui quot sunt trianguli sue basis. Intelligantur itaque due
columpne laterate a et b constitute super duas bases a et b equealte. Dico quod proportio columpnarum a et b est sicut
basium a et b. Distinguantur enim hee in triangulos et hee columpne in serratilia. Basis a quam ponamus esse quadrilateram
in duos trigonos c et d, et columpna a in duo serratilia c et d. Basis vero b que sit pentagona distinguatur
in 3s triangulos e f g, et columpna b in tria serratilia que similiter vocentur e f g. Manifestum est igitur ex hiis que
in 3a 11mi dicta sunt quod proportio serratilis c ad serratile e est sicut basis c ad basim e, et serratilis
d ad serratile e sicut basis d ad basim e. Quare per 24 quinti erit columpne a ad serratile e sicut basis a ad
basim e. Eadem ratione erit columpne a ad serratile f sicut basis a ad basim f. Et iterum columpne a ad
ad serratile g sicut basis a ad basim g. Ergo per 24am quinti quod necesse fuit assumpta, simile concludes propositum.
Constat itaque per hoc quod omnes columpne laterate super eandem basim vel equales constitute si fuerint equealte
erunt equales. Cum enim ut prius probatum est equealte columpne laterate sint suis basibus proportionales, ponantur
autem bases aut eedem esse aut equales, necesse est per 9am quinti columpnas esse equales. Constat quoque quod si fuerint
quelibet solida parallelogramma serratilia et laterate columpne equealta, ipsa quoque suis basibus proportionalia esse necessario
comprobatur. Omnia enim hec species sunt lateratarum columpnarum de quibus paulo ante probatum universaliter est quod dicitur.

12a propositio

Omnis laterata columpna tripla est ad suam pyramidem. Distinguatur basis columpne in
triangulos et secundum numerum illorum triangulorum distinguatur columpna in serratilia et pyramis columpne in pyramides
habentes bases triangulas que vere sunt bases serratilium. Constat itaque unumquodque serratile ad eam pyramidem
que sit eadem basis cum ipso serratili consistit triplum esse. Hoc enim demonstratum est in 6a huius 12i. Ergo ex 12a quinti omnia
serratilia simul accepta ad omnes pyramides simul acceptas necesse est esse tripla. Cumque ex omnibus serratilibus
simul acceptis columpna, et ex omnibus pyramidibus simul acceptis pyramis perficiatur, constat verum esse hanc nostram.

10a propositio

Si fuerint quelibet due columpne laterate equales, erunt bases earum [illegible] altitudinibus mutue. Si vero bases earum et altitudines mutue fuerint, easdem columpnas equales esse necesse est. Si enim columpne sint equales, erunt pyramides
earum equales, eo quod omnis laterata columpna est tripla ad suam pyramidem. Si autem pyramides fuerint equales, sue bases
suis altitudinibus mutue erunt, sicut demonstratum est in 9a huius. Quare columpnarum suarum quarum pyramidum eedem sunt
bases et altitudines eedem, constat prima pars propositi. Sint secundo bases et altitudines propositarum columpnarum lateratarum
mutue. Dico quod columpne erunt equales. Cum enim eedem sint bases eedemque altitudines columpnarum suarumque
pyramidum, erunt bases et altitudines pyramidum propositarum et columpnarum mutue, sicut positum est verum
de columpnis. Erunt itaque pyramides equales, sicut in 9a huius demonstratum est. Ergo et columpne equales cum ipse sint
triple ad suas pyramides, quare patet 2a pars huius nostre propositionis.

11a propositio

Omnium duarum columpnarum lateratarum similium est proportio alterius ad alteram tanquam lateris ad suum relativum latus proportio triplicata. Si columpne fuerint similes, erit per diffinitionem similium corporum bases earum
recte quoque superficies earum altitudinis similes. Dividantur itaque bases earum in triangulos similes et numero equales per 18am 6i propositum
esse possibile, et ipse columpne dividantur in serratilia super hos triangulos consistentia. Videtur ergo probare serratilia
unius suis relatis serratilibus alterius esse similia, quod facile probabis per hypothesim et 6am et 9am et 4am 6i et diffinitionem
similium superficierum et diffinitionem similium corporum. Hoc autem probato, erit per 3am 11mi proportio uniuscuiusque serratilis unius
ad suum relatum serratile alterius sicut sui lateris ad latus illius proportio triplicata. Et quia omnium laterum est proportio
una, erit etiam serratilium alterius proportio una. Quare per 12am quinti que est proportio unius serratilis ad suum relatum
serratile alterius, eadem est omnium simul acceptorum ad omnia simul accepta. Et quia utrobique omnia serratilia simul
accepta componunt columpnas et relatiua latera serratilium sunt relatiua latera columpnarum, necesse est ex 11a quinti
ut proportio columpnarum sit sicut proportio relatorum laterum proportio triplicata, quod est propositum.

9 **Omnis columpna rotunda pyramidi sue triplex esse probatur.** Esto
circulus a, intelligatur una columpna et una pyramis super eandem altitudinem erecte, dicatur quoque equore
ipse circulus et columpna et pyramis nomine a. Dico itaque quod columpna est tripla ad pyramidem a, sicut
probandum est, quia neque maior potest esse neque minor quam tripla. Sit enim primo si possibile est maior quam tripla quantitate
corporis b, ita quod si b demattur de columpna erit residuum eius triplum ad pyramidem a. Inscribatur ergo quadratum
circulo a, super quod erigantur duo serratilia equealta columpne a, de quibus serratilibus simul acceptis constat quod
ipsa sunt plus medietate columpne a, sicut quadratum ipsum constat esse plus medietate circuli a. Si enim ex
ipsis serratilibus perficias solida parallelogramma quorum ipsa sint medietates, erit ipsa columpna pars
horum duorum solidorum simul acceptorum. Dividantur latera quadrati inscripti, perfice triangulos dividentes latus et portionibus
circuli, quare portionum latera quadrati sunt corde, divisis arcubus illarum portionum per equalia, et sint illi trianguli
c d e f. Super quos erige omnia serratilia ad altitudinem columpne a, et manifestum est quod hec serratilia sunt
maius medietate portionum columpne super portiones circuli consistentium, quemadmodum et ipsi trianguli sunt
maius medietate portionum columpne super portiones circuli. Fiat autem hoc totiens quousque per primam 10mi
cogantur adiunctio consistentium portiones circuli simul acceptas esse minus corpore b. Erit ergo laterata columpna
quam componunt omnia serratilia simul accepta, quorum bases sunt trianguli dividentes polygonium inscriptum circulo a,
maius triplo pyramide a. Et quia ipsa laterata columpna est tripla ad suam pyramidem sicut demonstratum est in hiis
que premissa sunt, sequitur per 2am partem 10e quinti ut rotunda pyramis a sit minor laterata pyramide laterate
columpne cuius basis est polygonium inscriptum basi rotunde pyramidis a, quod est impossibile. Est enim pi-
ramis laterata pars ipsius pyramidis rotunde. Non est ergo pyramis a minus 3a parte sue columpne, sed
nec plus 3a. Si enim possibile hoc est, sit pyramis a plus 3a parte columpne a quantitate corporis b, ita quod detracto
corpore b de pyramide a sit residuum ipsius pyramidis 3a pars columpne a. Ergo secundum prius pro pyramide
a intelligatur de hoc pyramis laterata sicut equealta cuius basis sit eidem circulo inscripta. Quod laterata pyramide
constat esse plus dimidio pyramidis rotunde. Item de residuo pyramidis a iterum intelligantur pyramides
equealte statute super triangulos c d e f qui sunt in portionibus basis. Et hoc totiens fiat ut per primam 10i relinquatur ex
pyramide a minus corpore b. Erit ergo pyramis laterata in inscripta polygonio superficies quam componit laterate

piramides ex rotunda piramide detracte, maius 3a parte columpne rotunde a, et que ut probatum est prius
hec piramis latenta est 3a pars sue columpne latenate. Sequitur demum per 2a parte 10e huius libri columpna ro-
tundam a esse minorem columpna latenta eiusdem altitudinis cuius basis est poligonium basi rotunde piramidis inscriptum
ipsa autem est impossibile, nam hec columpna latenta pars est rotunde. Cum ergo columpna rotunda non possit esse maius triplo
sue piramidis neque minus, erit necessario tripla ad eam quod demonstrare volebamus. Ut tudine similium

10 Omnium duarum rotundarum piramidum similium columpnarumve que est proportio alterius ad alteram tamquam diametri sue basis alterius proportio triplicata. Sint duo circuli
a et b, supra quos statuantur due rotunde piramides similes, due quoque rotunde columpne similes, et dicantur circuli
et piramides et columpne et diametri circulorum hiis nominibus a et b eiusmodi. Dico itaque quod proportio duarum pi-
ramidum a et b, duarum quoque columpnarum a et b est sicut duarum diametrorum a et b proportio triplicata. Hoc autem sicut de pi-
ramidibus constiterit, de columpnis quoque constabit per 14a huius, cum omnis columpna rotunda sit ex premissa tripla ad sua
piramide. De piramidibus constabit hoc dimonstratione ducente ad impossibile. Est enim per quod supra posita in primo
rediminationis huius 12i libri, quod proportio a diametri ad b diametrum triplicata eadem piramidis a ad aliquod corpus
aliud. Illud ergo corpus sit c. De quo dico quod ipsum non est minus neque maius corpore b. Quod si sit minus, sit ergo
b maius c in quantitate d, ita quod duo corpora c et d sint equalia piramidi b. Itaque quemadmodum
in 2a parte premisse, ex piramide b detrahatur latenta piramis eque alta, cuius basis sit quadratum inscriptum circulo b.
et ex residuo eius detrahantur piramides eiusdem altitudinis, quarum bases sunt trigonos portionum circuli b, fiatque
hoc totiens quousque relinquatur per primam 10i sit residuum piramidis b minus corpore d. Erit quoque ex primo latenta
piramis detracta, que componitur ex piramidibus detractis, maius corpore c. Inscribatur itaque circulo a poligonium
simile illi quod est basis latenate piramidis detracte a piramide b, et ab angulis huius poligonii inscripti
circulo a demittere lineas a cono piramidis, perficies sic quod poligonium latenta piramide eque alta
rotunde piramidi a. Hanc ergo sciendus dimonstrare esse similem latenate piramidi detracte a rotunda
piramide b. Quod hoc modo facias. In utraque piramide erigas axem ipsius, que erit ex diffinitione linea continuans
conos utriusque piramidis cum centro basis, et erit perpendicularis ad basim. Deinde a centris basium protrahas
utriusque circuli semidiametros ad omnes angulos utriusque poligonii inscripti. Cum igitur ex diffinitione similium piramidum
rotundarum sit proportio axis unius ad axem alterius sicut diametri basis unius ad diametrum basis alterius,
erit proportio et permutatim sicut semidiametri ad semidiametrum. Erunt autem utrobique omnes anguli quos
continent axes cum semidiametris recti, et ideo per 6a 6i et 4a et 5a eiusdem et diffinitionem similium superficierum et diffinitionem
similium corporum sit latenta piramis a similis latenate piramidi b, que per addita ad 8am huius proportio
latenate piramidis a ad latentam b sicut lateris unius ad suum relatum lateris proportio triplicata, ideoque erit sicut
diametri a ad diametrum b triplicata. Ergo erit sicut rotunde piramidis a ad corpus c, per 11a huius, et premisit
proportio latenate piramidis a ad rotundam piramidem a sicut latenate piramidis b ad corpus c. Et quia
latenta piramis a minor rotunda piramide a, restat itaque probatum
latentam piramidem b maiorem esse corpore c, erit latenta piramis a minor rotunda piramide a. Proportio itaque diametri b
dum quod ut maius, si enim dicatur adversarius ipsum maius, tunc arguatur ex conversa proportione proportionem diametri b
ad diametrum a triplicatam esse sicut corporis c ad rotundam piramidem a, sed ex conversione eadem est rotunde piramidis
b ad aliquod aliud corpus quod sit d, et quia ex propositione corpus c maius est rotunda piramide b, sequitur per 14a
huius quod rotunda piramis a sit maior corpore d. Itaque proportio rotunde piramidis b ad corpus quod est minus
rotunda piramide a, ponitur ad d, est sicut sue diametri ad diametrum alterius proportio triplicata. Hoc autem est impossibile,
nam per hoc dimonstravimus superius quod pars sit maior suo toto. Non ergo corpus c non possit esse minus neque maius
rotunda piramide b. Erit necessario sibi equale. Ideoque per 2a parte prime huius constat propositum. Non lateat autem nos
huius dimonstrationis processum ad eas columpnas dirivari, et piramides rotundas redarguere, quarum axes suis
basibus perpendiculariter insistunt, tales enim diffinite fuerunt in principio 11i. Sed cum in processu hic dimonstrata
ponatur fuit quod super eam lineam cui perpendiculariter supersunt semicirculus descriptus circumferentia ipsius per extremitatem posite perpendicularis tertio transibit. Cum igitur circulus semidiametri circuli f g h sit perpendiculares ad lineam k l, et in eo loco prepositum ad partes ipsius que sunt k e et e l, semicirculus descriptus super k l, si circumducatur transibit per omnia puncta circumferentie f g h et per omnes solidos angulos piramidis fabricate. Itaque diffinitione eius quod est figura inscripta figure piramis fabricata est inscriptibilis spere quam semicirculus super lineam k l manente motu suo describit, et quia hec spera descripta est assignate spere equalis per diffinitionem equalium sperarum, sicut ex premissa, ut hec piramis fabricata sit ab assignata spera circumscriptibilis, quod est propositum. Corelarium autem patet sic: cum a b sit tripla ad b c erit per eiusdem proportionalitatem ab superalterum ad a c, itaque ex 2a parte correlarii 8e 6i, et ex corelario in eodem quadratum linee a b erit superalterum ad quadratum linee a d, et quia linea a d est equalis lateri fabricate piramidis. At vero a b est diameter spere, constat verum esse quod per corelarium dicitur. Ne autem ... uberrima veritate hesitare contingat, ...volumus hoc loco demonstratione firmare. Sit igitur super lineam a b linea c d perpendicularis, que ponatur in eo loco proportionalis inter partes linee a b que sunt a c et c b, ita quod sit proportio a c ad c d sicut c d ad c b, et super lineam a b describatur semicirculus a e b. Dico quod huius semicirculi circumferentia transibit per punctum d, que est extremitas perpendicularis, sin autem secabit lineam c d aut supertransibit eam ...ipsam intersecet et non contingens. Secet igitur primo ipsam in puncto e, et ducantur linee e b et e a, eritque ex prima parte 30e 3i totalis angulus e rectus, itaque ex prima parte corelarii 8e 6i proportio a c ad c e sicut c e ad c b. At vero ex 2a parte 8e 5i proportio a c ad c e est maior quam a c ad c d, eo quod c e est minor quam c d. Ergo sit c e ad c b sicut a c ad c e, et c d ad c b sicut a c ad c d, erit per 12am ... c e ad c b maior quam d c ad c b, itaque prima partem 10e 5i c e est maior quam d c, pars vero toto, quod est impossibile. Non secabit igitur circumferentia semicirculi lineam c d. Supertranseat igitur, et producatur c d usque ad circumferentiam occurrens ei in e, et protrahantur linee e b et e a. Sicut prius lineam c d esse maiorem quam sit linea c e, quod etiam est impossibile, constat igitur propositum. Velut autem dicimus quod si fuerit aliquis angulus rectus cui basis subtendatur, super quam semicirculus linearetur, ipsius circumferentia per angulum ... ... est. Conversa huius propositionis partis prime 30e 3i. Quod autem dicimus sic constat: sit enim angulus a b c rectus cui subtendatur basis a c, et super eam lineetur semicirculus, dico quod ipsius circumferentia transibit per punctum b ... convenit linee continentes angulum rectum. Quod si dicatur esse quod non transibit super ... sit quod a e c, et ab angulo b producatur linea b d perpendicularis ad basim a c que secat circumferentiam semicirculi in puncto e, et protrahantur linee e a et e c, eritque angulus a e c rectus ex prima parte 30e 3i, et ipse est maior angulo a b c per 21am primi huius, hoc autem est impossibile ... ex 2a petitione cum uterque sit rectus. Hic quidem ex hypothesi, ille vero ex prima parte 30e 3i. Non igitur transibit circumferentia semicirculi infra angulum b. Transeat itaque supra, et sit a f c, producaturque perpendicularis a b ... obviet circumferentie semicirculi a f c in puncto f, et producantur linee f a et f c, eritque ex prima parte 30e 3i angulus a f c rectus. Cumque esset etiam ex hypothesi a b c angulus rectus, sequitur impossibile per 21am primi ... relinquitur igitur quod dicimus. Hec autem ... ad ... eorum que sequuntur.

12 Ab assignata spera inscriptibilem cubum constituere. Eiusdem autem spere diametrum lateri ipsius cubi potentialiter triplum esse manifestum est. Assignate spere diameter sit a b, super quam lineetur semicirculus a d b, dividaturque diameter in puncto c ... ut linea a c sit 2la ad lineam c b, et producatur c d perpendicularis ad a b, et producantur d b, d a, super quam fiat cubus cuius omnia latera sint equalia linee b d, sitque e f g h ... in qua ... ut docet 12a 11i ... linee perpendiculares ad superficiem ipsius ... ponantur equalis linee b d, sitque e k f l g m h n ... hee ... perpendiculares singule singulis equidistantes ex 6a 11i et anguli quos continent cum lateribus ... recti ex diffinitione linee perpendicularis super superficiem. Deinde coniungantur extremitates istarum perpendicularium ... lineis k l m n ... completus cubus sex superficiebus ... constat enim ex 30a primi quod superficies ... abscisse ... opposita latera sunt perpendicularis ... basis ... hoc posito. At vero ... prima eius superficies que est k l m n sit quadrata, constat ex 34a primi et 10a 11i ... ex 6a 11i manifestum est singula latera huius cubi duarum ipsius oppositarum superficierum orthogonaliter insistere. Ut autem cubum hunc ab assignata spera circumscriptibilem esse demonstremus, in una superficierum protrahatur diagonalis ... basis eius sitque e g, et ab hoc diagonali contineatur altera protrahaturque diagonalis cubi e m, eritque ex penultima primi quadratum e g duplum ad quadratum f g, ... et ad quadratum g m, eo quod g m est equalis f g. ... cum omnia latera cubi adinvicem equalia, et quia rursus ex penultima primi quadratum e m est equale quadratis duarum linearum e g et g m ... angulus e g m sit rectus ex diffinitione linee perpendicularis ad superficiem, erit quadratum e m triplum ad quadratum m g, constat enim ex 2la et triplo. Ergo ex 2a parte corelarii 8e 6i, et ex corelario in eodem quadratum ab ... triplum sit ad lineam b c ... sit autem b d equalis m g, sequitur ex premissa ut e m que est diameter cubi sit equalis a b, que est diameter spere. Itaque si super e m lineetur semicirculus circumducaturque quousque ad locum unde fuit incipit motus redeat, spera descripta erit ex diffinitione sperarum equalium equalis spere assignate. At vero quia hic semicirculus transitum faciet per punctum g, eo quod angulus e g m sit rectus, eadem ratione per singulos ceteros angulos cubi, quod ex ante ... hac 12a in mente proposito manifestum est. Constat constitutum cubum ab ab assignata spera, eo quod a spera equali esse eum descriptibilem quod demonstrare oportebat. Corelarium vero demonstrationis in illius demonstrationis processu patuit.

14 Corpus octo basium triangularium et equilaterarum a spera proposita circumscriptibile componere. Eritque palam eiusdem spere diametrum lateri ipsius corporis duplum esse potentialiter. Diameter proposite spere sit a b, que dividatur per equalia in puncto c, et super eam lineetur semicirculus a d b, et producatur c d perpendicularis

Diameter spere ad latus cubi sibi inscripti est potentialiter tripla

Diameter spere ad latus octocedri sibi inscripti est potentialiter dupla



latus ycocedri (diametro spere posita rationali) est linea irrationalis que vocatur minor





videas quod figura sit concava, figura circuli in plano sed nonnisi et dubitationis concludes et similiter compositum cum corpus quod concavum

ad ab, et iungantur puncta d cum a et cum b; describatur quadratum super eam equilaterum, cuius singula latera sint equalia linee b d, sitque hoc quadratum e f g h, in quo protrahantur due diametri e g et f h secantes se invicem in puncto k. Constat ergo per 47am primi quod utraque istarum diametrorum sit equalis linee a b, que est diameter spere, cum angulus d sit rectus per primam partem 30e tertii, et similiter quilibet angulorum e f g h rectus per diffinitionem quadrati. Constat etiam quod eedem due diametri e g et f h dividunt se invicem per equalia in puncto k; hoc autem per 4am primi et 32am et per diffinitionem quadrati. Sume ergo centrum. Erigatur quoque super punctum k linea k l perpendiculariter ad superficiem quadrati, que ponatur equalis medietati dictarum diametrorum e g vel f h, et ducantur ypotenuse l e, l f, l g, l h. Erit quoque per huius que proposita sunt et per penultimam primi quatuor constituti trianguli, singule harum ypotenusarum equales sibi invicem et equales lateribus quadrati. Habes ergo piramidem quatuor basium equalium laterum triangularium, cuius basis est quadratum. Huic itaque sub ipso quadrato piramidem huic appone, lineam l k producens perforando quadratum usque ad m, ita quod k m quoque sit equalis l k quam super quadratum posuisti, et iunge punctum m cum singulis quadrati lateribus producendo quatuor alias ypotenusas, que sunt m e, m f, m g, m h, de quibus quoque manifestum est per penultimam primi sicut de aliis que sunt in superiori parte quod ipse sunt equales adinvicem et lateribus quadrati. Completum est ergo corpus octo basium triangularium et equilaterum. Hoc autem ab assignata spera circumscriptibile esse sic habeto. Constat enim quod linea l m equalis est diametro assignate spere, nam utraque earum est equalis diametro quadrati. Si ergo super l m lineetur semicirculus qui circumvolvatur quousque ad suum locum redeat, spera quam motu suo describet erit equalis assignate spere, per diffinitionem sperarum equalium colligitur. Hic vero semicirculus transibit per quatuor angulos quadrati et applicatur per omnia puncta circumferentie circuli circumscribentis quadratum, eo quod semidiameter quadrati sunt linea f k et portiones linee l m que sunt l k et k m sunt adinvicem equales. Quare per diffinitionem eius quod est figuram unam alii figure inscribi, fabricatum corpus inscriptibile est spere motu huius semicirculi descripte, itaque et spere assignate per conversionem, cum ipse sint adinvicem equales per diffinitionem. Conversum latus vero manifeste constat. Sunt enim due linee d b et d a equales per 2am primi ... quadratum ab 2um ad quadratum b d per penultimam primi; latus autem fabricati corporis est equale linee b d; est ergo corr...

16 **Corpus viginti basium triangularium atque equilaterarum a data spera diametrum rationalem habente circumscriptibile fabricare; eritque palam latus eiusdem corporis esse lineam irrationalem, eam scilicet que minor dicitur.**

Sit hic quoque diameter assignate spere a b, que ponatur esse rationalis sive in longitudine sive in potentia tantum, et dividatur in puncto c ita quod a c sit quadrupla ad c b, et lineetur super eam a b semicirculus a d b, et producatur c d perpendicularis ad a b, et protrahatur linea d b. Deinde secundum quantitatem linee d b lineetur circulus e f g h k super centrum l, cui inscribatur pentagonus equilaterus eisdem literis annotatus, ad cuius angulos a centro l ducantur linee l e, l f, l g, l h, l k. Rursum in eodem circulo inscribatur decagonus equilaterus; dividantur enim cuncti arcus quorum corde sunt latera pentagoni per equalia, et a punctis mediis ad extremitates utrorumque laterum inscripti pentagoni linee recte ducantur. Itemque super singulos angulos pentagoni erigantur catheti secundum quod docet 12a undecimi, quorum quelibet erit equalis linee b d, et continuentur extremitates harum quinque cathetorum. Eruntque per 6am undecimi quinque catheti erecti adinvicem equidistantes. Cumque ipsi sint equales, erunt quoque per 33am primi quinque coraustae eorum extremitates coniungentes equales lateribus pentagoni. Demitte ergo a singulis summitatibus singulorum cathetorum binas et binas ypotenusas ad duos circumstantes angulos inscripti decagoni, et harum decem ypotenusarum a quinque extremitatibus cathetorum ad quinque puncta que sunt anguli medii inscripti decagoni, descriptum extremitatibus continua alium pentagonum rursum ipsi circulo inscribendum, qui quoque erit equilaterus per 28am tertii. Cum itaque hoc feceris, videbis te perfecisse decem triangulos quorum latera sunt decem ypotenuse et quinque coraustae et quinque latera huius secundi pentagoni inscripti. Hos ergo decem triangulos equilateros esse sic collige. Cum enim tota semidiameter inscripti circuli, quam quilibet erectorum cathetorum, sit equalis linee b d per ypotesim, erit per corollarium 15e quarti quilibet cathetorum equalis lateri exagoni equilateri circulo cuius semidiameter est equalis linee b d inscripti. Quia vero per penultimam primi unaqueque decem ypotenusarum tanto est potentior catheto quantum potest latus decagoni, atque per 10am huius latus quoque pentagoni est tanto potentius eodem quanto quantum potest idem latus decagoni, erit quoque per communem scientiam unaqueque harum ypotenusarum equalis lateri pentagoni. De coraustis vero patuit quod ipse sunt equales lateribus pentagoni, itemque cuncta latera horum decem triangulorum que sunt latera pentagoni equilateri secundo vice circulo inscripti, que illis equalia. Sunt ergo equilateri trianguli. Completis autem super centrum circuli, quod est punctum l, erige aliam cathetum equalem prioribus, que sit l n, eiusque superiorem extremitatem, que est punctum n, iunge cum singulis extremitatibus priorum quinque coraustarum. Eritque per 6am undecimi hic centralis cathetus singulis cathetorum angularium equidistans, ideoque ex 33a primi quinque coraustae erunt semidiametro circuli equales. Et per corollarium 15e quarti quilibet eorum erit latus exagoni. Centrali ergo catheto per utramque partem adiciatur linea una equalis lateri decagoni: super quod adiciatur ei m n, deorsum autem sub circulo adiciatur sibi a centro circuli l p. Postea demittantur a puncto n quinque ypotenuse ad quinque superiores angulos decem triangulorum que sunt in circuitu, et a puncto p alie quinque ad alios quinque inferiores. Eruntque hee decem ypothenuse equales adinvicem et lateribus inscripti pentagoni per penultimam primi et decimam huius, quemadmodum de aliis decem prius demonstratum est. Hoc ergo corpus 20ti basium triangularium equilaterarum, cuius cuncta latera sunt equalia lateribus pentagoni. Eius vero diameter est linea n p. Horum autem viginti angulorum decem constituuntur in circuitu super circulum, quinque autem consurgunt sursum ad punctum n concurrentes, ac reliqui autem deorsum emergunt sub puncto p coeuntes. Hoc autem ycocedron corpus a data spera circumscriptibile esse sic manifestum erit. Cum linea l n sit equalis lateri exagoni et m n lateri decagoni equilaterorum quos circulus e f g circumscribit, tota enim erit per 9am ... huius linea divisa secundum proportionem habentem medium et duo extrema in puncto n, et maior eius portio erit linea l m. Dividatur itaque l m per equalia in q, eritque per quintam primam huius quod equalis que...

-na p l posita est equilateris lateris decagoni, quemadmodum m n, quare q n est medietas n p, quemadmodum q m est medietas m l, cum ergo quadratum q n sit per 3am huius quintuplum ad quadratum q m, erit per 14am quinti quadratum p n quintuplum ad quadratum l m. Est enim ex 4a 12i quadratum p n quadruplum ad quadratum q n, quadratum l m quadruplum ad quadratum q m, ex eadem quadruplum est ad quadruplum, est sicut simplum ad simplum, teste 14a quinti. At vero quadratum a b quintuplum est ad quadratum b d, per 2am partem correlarii 8e 13i, et per correlarium 14e eiusdem. Est enim a b quintupla ad b c, eo quod a c fuit ad eandem quadrupla, quare ergo l m est per ypotesim equalis b d, erit per quod premissa a b equalis n p, itaque si super latera n p pentagonus describatur, qui tamen dum quod lateri primum respectu trianguli ... ispius modo descripto, erit per differentiam spere equalis lateri pentagoni composite, et quia l m est medio loco proportionalis inter l n et n m, ... erit ... diameter circuli medio loco proportionalis inter l n et p l, cum l m sit equalis semidiametro circuli, itaque semicirculus super p n descriptus transibit per omnia puncta circumferentie circuli e f g, ... et per singulos angulos solidi fabricati in illa circumferentia consistentes et per eadem ratione singuli ... tates angularum ... cum equinitate ... medio loco proportionales inter p m et m n, eo quod qualibet earum est equalis l m, ... et per reliquos angulos figure procedere ... statute. Est ergo corpus huius circumscriptibile spere, cuius diameter per 13, ... diameter ab ... latus autem huius solide figure dico esse lineam minorem, constat enim quod linea b d est rationalis ... quadratum sit sexquiquintuplum, et quadratum linee a b que posita est rationalis, sit in longitudine sit in potentia tantum, itaque ... semidiameter atque diameter circuli e f g est etiam rationalis in potentia, nam eius semidiameter est equalis b d, ergo per 12am huius latus pentagoni equilateri huic circulo inscripti est linea minor. At vero ... latus pentagoni ... latus huius figure huius ... manifestum, patuit latus huius figure esse quadratum latus pentagoni, ergo latus huius figure ... alchaidez est linea minor, quemadmodum proponitur. ... lateraliu atque ab

IA Corpus duodecim basium pentagonarum equilaterum assignata spera circumscriptibile constituere, eritque palam latus eiusdem corporis irrationale esse idem quod residuum dicitur.

Fiat cubus sicut docet 13a huius circumscriptibilis ab assignata spera, sitque huius cubi due superficies a b et a c, ... sit suprema superficies cubi et a c sit una ex lateribus, sitque linea a d communis istis duabus superficiebus, dividatur itaque in superficie a b duo opposita latera per equalia, videlicet d b et latus eius oppositum, et puncta divisionis coniungantur per lineam e f, latus quoque a d et ei oppositum in superficie a c dividatur per equalia et puncta divisionis coniungantur linea recta, cuius medietas sit g h, sitque h punctum medium puncto linee a d, similiter linea e f ... dividatur per equalia in k et protrahatur h k, ... ergo ... linearum e k, k f, g h, dividatur ... proportionem habentem medium et duo extrema, l m ... maiores portiones earum l k, k m, et g q ... medietates lateris cubi. Dico a duobus ... esse equales, cum tote linee divise sint equales, videlicet qualibet earum medietatis lateris cubi. ... utrique equale punctis l et m erige perpendiculares ut docet 12a 11mi ad superficiem a b, ... pone equalem g q linee k l, sintque l n et m p, similiter a puncto q erige perpendicularem q r ad superficiem a c, ... pone equalem g q, ... protrahe itaque lineas a l, a n, a m, a p, d n, d p, d l, d n, a r, a q, d r, d q, ... manifestum est ergo per ... 4am huius, quod due linee k e et e l potentialiter sunt triplum ad lineam k l, ... et ad lineam l n, cum k l et l n sint equales. At vero k e est equalis e a, ergo due linee a e et e l sunt potentia triplum ad lineam l n, quare ex penultima primi a l est potentia triplum ad l n, ... per eandem a n est potentia quadruplum ad l n, cumque ... linea sit potentia quadrupla ad medietatem sui, sequitur per quod premissa quod a n sit 2a in longitudine ... ad l n, et quia l m est 2a ... ad l k, et l k et l n sint equales, erit a n equalis l m, sit enim ... ad l n, et quia l m est 2a ... equalis n p, erit a n equalis n p, eodem probabis 3s lineas p d, d r, et r a, esse equales ... habebis itaque ex hiis 4or lineis pentagonum equilaterum, ... quod est a n p d r. Sed fortasse dices ipsum non esse pentagonum, quia forsan non est totus in superficie una. ... Quod necessarium ad hoc ut esset pentagonus, ... ergo sit totus in superficie una, sic habeto. Producat ...

a puncto h linea h s perpendicularis ad superficiem a b, que sit equalis l k, eritque ob hoc equalis utrique earum duarum l n et m p, cumque ipsa sit equidistans utrique earum per 6am 11mi, ... cum ambabus in eandem superficiem, per diffinitionem linearum equidistantium, necesse est ut punctus s sit in linea n p, et quod dividat eam per equalia. Protrahantur ergo due linee r h et h s. Erunt itaque duo trianguli k s h et q h r super unum angulum, videlicet k h q, constituti, estque proportio k h ad q r sicut k s ad q h, nam ut g h ad q r sic k h ad q r, per 7am quinti, et ut r q ad q h sic k s ad q h, per eandem, sed g h ad q r ut q r ad q h, eo quod q r est equalis g q, ergo per 32am 6i linea r h s est linea una, quare per 2am 11mi totus pentagonus de quo dissputamus est in superficie una. Itemque dico esse equiangulum

137

probat hic pentagoni esse equianguli

Cum enim sit dicta secundum proportionem habentem medium et duo extrema, et k n sit equalis maiori portioni eius, erit per tertiam premissis tota enim dicta secundum proportionem habentem medium et duo extrema et maior eius portio linea e k. Propter quod per quartam huius due linee e m et m k, scilicet due e m et m p, nam m p est equalis m k, sunt potentia tripla ad lineam e k. Scilicet et ad lineam a e, nam a e est equalis e k. Itaque tres linee a e, e m et m p sunt potentia quadrupla ad lineam a e. Constat autem per penultimam primi bis assumptam quod linea a p est potentia equalis tribus lineis a e, e m, m p. Itaque a p est potentia quadrupla ad lineam a e. Latus vero cubi cum sit duplum ad lineam a e, est potentia quadruplum ad ipsam, ex quarta secundi. Ergo per nonam quinti a p est equalis lateri cubi. Cumque a d sit unum ex lateribus cubi, erit a p equalis a d. Propter quod per octavam primi angulus a r d est equalis angulo a n p. Eodem modo probabis angulum d p n esse equalem angulo d r a. Quare probabis lineam d n esse potentialiter quadruplum ad medietatem lateris cubi. Cum ergo iste pentagonus sit equilaterus et habeat tres angulos equales, ipse erit equiangulus per 7am premissis. Similiter itaque variando oppositionem super unumquodque reliquorum laterum cubi pentagonum equilaterum et equiangulum fabricemus. Solidum perficietur 12 pentagonis equilateris et equiangulis contentum. Cubus enim habet 12 latera. Reliquum autem est demonstrare solidum hoc esse a data spera circumscriptibile contentum. Cum a linea s k due superficies secantes cubum quarum una secet ipsum secundum lineam h k, alia secundum lineam e f per 40am 11mi erit ut communis sectio harum duarum superficierum secet diametrum cubi et secetur vicissim ab ipsa diametro per equalia. Sit ergo communis sectio earum usque ad diametrum cubi linea k o, ita quod o sit centrum cubi, et ducantur linee o a, o n, o p, o d, o r. Constat autem quod utraque duarum linearum o a, o d est semidiameter cubi, ideoque equales. Due linea autem o k constat per 40am 11mi quod ipsa est equalis e k, videlicet medietati lateris cubi, et quia k s est equalis k n, erit o s dicta in puncto k secundum proportionem habentem medium et duo extrema, et maior portio eius erit linea o k, que est equalis e k. Itaque per quartam huius erunt due linee o s, s k, ideoque o s et s p, eo quod s p est equalis o s, tripla in potentia ad lineam o k, et ad medietatem lateris cubi. Quare per penultimam primi linea o p est potentia tripla ad medietatem lateris cubi, que circumscribit eandem speram. Itaque o p est equalis semidiametro spere circumscribentis cubum propositum. Eadem ratione linee omnes ducte a puncto o ad angulos pentagonorum omnium super latera cubi descriptorum ad angulos eorum qui proprii sunt pentagonis, non autem communes et superficiebus cubi, qualis est in pentagono sumpto, scilicet anguli n p r. De illis autem lineis que veniunt a puncto o ad angulos pentagonorum qui sunt communes pentagonis et superficiebus cubi, quales sunt in pentagono predicto duo anguli a et d, constat quod ipse sunt equales semidiametro spere cubum circumscribentis. Ipse enim sunt semidiametri cubi per 40am 11mi. Semidiametri vero cubi est semidiameter spere ipsum circumscribentis, quemadmodum ex ratiocinatione 13e a propria 15 ostendetur. Omnes linee ducte a puncto o ad singulos angulos duodecedri sunt equales adinvicem et semidiametro spere. Spera itaque super totam diametrum spere vel cubi circumducta transibit per omnes angulos eius. Quare per diffinitionem est ab assignata spera circumscriptibile. Dico itaque quod latus huius figure est linea irrationalis, illa videlicet que dicitur residuum. Si diameter spere ipsum circumscribentis fuerit rationalis in longitudine vel in potentia, cum enim diameter spere per 14am huius sit tripla in potentia ad latus cubi, erit latus cubi rationale in potentia si diameter spere fuerit rationalis in potentia. Constat autem per 11am quod linea r p dividit lineam a d que est latus cubi secundum proportionem habentem medium et duo extrema, et quod maior portio eius est equalis lateri pentagoni, et quia maior portio est residuum per 6am huius, manifestum est latus figure duodecedre esse residuum, quod demonstrare voluimus. Fabricata sunt ergo per 13am et 4or consequentes quinque corpora equilatera atque equiangula, quorum unumquodque est circumscriptibile ab assignata spera. Dicitur autem hoc solidum primum quod 4or basium triangularium, et dicitur tetracedron. Secundum est sex basium quadratarum, et dicitur cubus sive exacedron. Tertium octo basium triangularium, et dicitur octocedron. Quartum autem est solidum ycocedron, et est viginti basium triangularium. Quintum autem ex 12 basibus constat pentagonalibus, dicitur quod duodecedron. Hec autem quinque solida regularia dicuntur, quoniam ipsa equiangula sunt atque equilatera, et a spera atque ab eadem circumscriptibilia. Plura vero huiusmodi quinque que equilatera sunt atque equiangula esse est impossibile. Ad constitutionem enim cuiuslibet anguli solidi necesse est adminus tres angulos superficiales concurrere. Ex duobus enim tantum superficialibus nequit angulus solidus compleri. Quia ergo tres anguli exagoni equilateri et equianguli sunt equales 4or angulis rectis, atque eptagoni, et cuiusque plurium laterum figure equilatere atque equiangule tres anguli sunt maiores 4or angulis rectis, quemadmodum per 32am primi evidenter elicitur. Omnis autem angulus solidus 4or rectis minor est teste 21a 11mi, impossibile est tres angulos exagoni aut eptagoni, quod similiter omnis polilatere figure tamen equilatere atque equiangule solidum angulum constituere. Ideoque nulla solida figura equilatera atque equiangula per superficiebus exagonalibus aut plurium laterum constitui. Cum enim tres anguli exagoni equilateri atque equianguli equales angulo solido concedantur, 4or et plures multo fortius eundem concedantur. Tres autem angulos pentagoni equilateri atque equianguli minores esse 4or rectis manifestum est, et 4or esse maiores, quare per tres angulos pentagoni equilateri atque equianguli possibile est solidum angulum constitui, ex 4or autem et pluribus est impossibile. Propter quod unum dumtaxat solidum per pentagonis equilateris atque equiangulis constitutum est illud videlicet quod duodecedron dicitur, in quo anguli pentagonorum terni et terni solidos angulos perficiunt. Eadem quoque est ratio in quadrilateris figuris equilateris et equiangulis que in pentagonis. Si sit enim quadrilatera figura, si equilatera equiangula quod fuerit, ipsa erit etiam ad diffinitionem. Nam omnes quod anguli erunt recti per 32am primi. Ex tribus ergo angulis talis superficialis figure possibile est angulum solidum constitui, ex 4or autem aut pluribus impossibile. Propter quod ex talibus figuris superficialibus, quarum quadrilaterum sint ipse sunt equilatere atque equiangule, unicum solidum quod cubus dicitur fabricatum est. Triangulorum autem equilaterorum tres anguli sunt equales 4or rectis per 32am primi, pauciores ergo minores et plures maiores. Ergo per tres angulos talium triangulorum aut ex pluribus impossibile est angulum solidum fieri ex 4or aut per 4or et per tribus possibile. Cum itaque tres anguli trigoni equilateri efficiunt solidum angulum, perficitur per tales equilateris corpus 4or basium triangularium atque equilaterarum. Cum vero 4or concurrit corpus octo basium, quod octocedron dicitur. Si vero si quinque triangulorum equilaterorum anguli solidum angulum contineant, fiet corpus ycocedron, viginti basium triangularium et equilaterarum. Erunt ergo tot et talia sunt solida regularia, et quinque non plura sunt propter ea que dicta sunt.

hic dividitur solidum fabricatum a data spera circumscriptibile

ostendit quod quinque sunt corpora regularia communia et non plura

non hic dicitur angulus solidus et 4or corporibus regularibus

[illegible] duodecedron et ycocedron [illegible]
[illegible]

Retulit michi

c — f — a
e — d — a
b — d — f

Ad [illegible] libuit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] potest [illegible]
[illegible] proposito [illegible] c a [illegible] potest [illegible]
[illegible] d et [illegible] potest [illegible] geometrie euclidis
[illegible] parallelogrammi [illegible] c a [illegible] c d [illegible]
[illegible] d a [illegible] a c ad a d
[illegible] a d ad d c [illegible]
[illegible] corpora duodecedri et ycocedri
[illegible]
[illegible] appollonius [illegible] geometrie euclidis
[illegible]

[illegible] corpora duodecedri ad [illegible] ycocedri [illegible]
[illegible] appollonius [illegible] geometrie euclidis
[illegible]

Tacius anni 1475 die a meridie incepto

menses vulgares	Coniunctiones dies	ho.	mi.	Oppositiones dies	ho.	mi.	
Januarii	7	6	20	21	19	10	
ffebruarii	5	16	32	20	13	47	
Marcii	7	1	49	22	6	51	Ecl' noct'
Aprilis	5	11	6	20	21	24	
Maii	4	20	48	20	9	14	
Junii	3	7	24	18	19	12	
Julii	2	19	36	18	3	10	
Augusti	1 31	9 1	42 39	16	11	16	
Septembris	29	18	55	14	19	12	Ecl' diurn'
Octubris	29	12	28	14	4	35	
Novembris	28	4	46	12	15	47	
Decembris	[illegible]	[illegible]	[illegible]	12	5	[illegible]	

18 Latera quinque corporum predictorum a spera circumscriptibilium, cuius spere sola diameter nobis proposita fuerit, per ipsam propositam diametrum invenire.

Sit a b diameter alicuius spere nobis proposita, ex qua inveniri latera 5 predictorum corporum elicere. Dividamus igitur hanc diametrum in c, ita quod a c sit dupla ad c b, et per equalia in d, et licentius super eam semicirculum a f b, ad eius circumferentiam protrahantur due perpendiculares linee ad lineam a b, que sint c e et d f, et iungamus e cum a, et e cum b, et f cum b. Manifestum est ergo ex demonstratione 13e quod a e est latus figure 4or basium triangularium et equilaterum, per demonstrationem 15e quod e b est latus cubi, et per demonstrationem 14e quod f b est latus figure 8 basium triangularium et equilaterum. Producatur itaque a puncto a linea a g perpendicularis ad a b et equalis eidem a b, et iungatur g cum d, sitque h punctum in quo g d secat circumferentiam semicirculi, et ducatur h k perpendicularis ad a b. Et quia g a est dupla ad a d, erit per 4am 6i h k dupla ad k d, sunt enim trianguli g a d et h k d equianguli per 32am primi, eo quod angulus a maioris est equalis angulo k minoris, nam uterque rectus, et angulus d est communis utrique. Igitur per 47am primi h k est potentia quadrupla ad k d. Igitur per penultimam primi h d est potentia quintupla ad k d. Sed quia totum a b sit dupla ad totum b d, quemadmodum a c detracta per primam ... a b est dupla ad c b, detracta per 2a b d, eritque per 19am 5i b c residua ... ab dupla ad c d residuam ... b c, quareque totum b d est tripla ad d c. Igitur quadratum b d est noncuplum ad quadratum d c, et quia ipsum d b erit quintuplum ad quadratum k d, erit ex ... 10e 5i quadratum d c minus quadrato k d. Quare d c minor k d. Sit igitur d m equalis k d, et producatur m n usque ad circumferentiam, que sit perpendicularis ad a b, et iungatur n cum b, et n cum d et h cum d, et d m sint equales, erit per diffinitionem eius quod est aliquas lineas a centro equaliter distare, due linee h k et m n equaliter distantes a centro, quare equales ad invicem per 2am partem 13e 3ii et per ... eorundem. Itaque n m est equalis h k, nam h k erit equalis ei m k, atque a b dupla est ad b d, et k m 2la ad d k, et quadratum b d quintuplum ad quadratum d k, erit per 19am 5i quadratum a b quintuplum similiter ad quadratum k m. Est enim quadratum dupli ad quadratum dupli sicut quadratum simpli ad quadratum simpli. Ex demonstratione autem 16e manifestum est quod diameter spere est potentialiter quintupla ad latus pentagoni circuli figure viginti basium. Igitur k m est equalis lateri pentagoni circuli figure 20 basium, nam diameter spere que est a b est potentialiter quintupla tam ad latus pentagoni circuli figure 20 basium quam diameter spere ... circuli illius figure quam ad k m. Rursus quia per demonstrationem eiusdem manifestum est quod diameter spere constat ex latere pentagoni et duplici latere decagoni circuli figure 20 basium, igitur k m sit ... latus pentagoni, atque a k sit equalis m b, nam ipse a k et m b sunt residue equalium detractis equalibus, erit m b ... latus decagoni. Quare igitur n m sit ... latus pentagoni, nam ipsa est equalis k m, erit per penultimam primi et 10am 13i n b ... latus pentagoni circuli figure 20 basium. Et quia per demonstrationem 16e oportet quod latus pentagoni circuli figure viginti basium sit latus eiusdem figure 20ti basium, constat lineam n b esse latus illius figure 20 basium. Dividatur itaque e b, que est latus cubi ab assignata spera circumscriptibilis, secundum proportionem habentem medium et duo extrema in puncto p, sitque eius maior portio p b. Constat igitur per demonstrationem premissam quod p b est latus figure 12 basium. Inventa igitur sunt latera 5 predictorum corporum per diametrum spere nobis proposita. Est enim a e latus piramidis 4or basium, e b latus cubi, f b latus octocedri. Atque n b latus ycocedri, linea vero p b latus duodecedri. Que autem horum laterum sit maior sic habetur. Constat enim quod a e est maior f b, nam quadratum a e est ... f b. Itemque f b ... e b, et e b ... quam n b. Atque n b dico esse maiorem quam p b. Cum enim sit a c dupla ad c b, erit ex 8a 6i quadratum a c quadruplum ad quadratum c b. Constat autem ex 2a parte correlarii 8e 6i et per correlarium 18e eiusdem quod quadratum a b est tripla ad quadratum b e, quia per 2am 6i quadratum a b ad quadratum b e sicut quadratum b e ad quadratum c b, eo quod proportio a b ad b e est sicut b e ad c b, per 2am partem correlarii 8e 6i. Itemque per 8am quinti quadratum b e est triplum ad quadratum c b, et quod quadratum a c ... est ad idem quadratum, ut ostensum est, erit per primam partem 10e 5i quadratum a c maius quadrato b e. Quare linea a c ... linea b e, quareque a m multo maior b e. Manifestum vero est per ... quod si linea a m divisa fuerit secundum proportionem habentem medium et duo extrema, erit maior portio eius linea k m, que est equalis m n, et cum b e dividatur secundum eandem proportionem habentem medium et duo extrema, maior portio eius est linea p b. Cum itaque tota a m sit maior tota b e, erit m n que est equalis maiori portioni a m maior quam p b, que est maior portio b e. Hoc autem manifestum est per 2am ... libri, que sunt alicuius ampliatio correlarii ... sequitur fina demonstratione solidorum. Manifeste patet latera horum 5 corporum predictorum fere eo ordine quo corpora se invicem sequuntur se invicem excedere, preter cubo enim ... et octocedro, ... nam latus octocedri excedit latus cubi, quamvis cubus antecedat octocedrum. Cubum autem premitto ideo octocedro quod eadem dispositione diametri assignate spere latus piramidis, latus piramidis 4or bases triangulares habentis, et latus cubi inveniuntur. Est igitur latus a e latus piramidis, maius lateribus ceterorum corporum. Post ipsum autem est f b latus octocedri, maius sequentium ceterorum ... lateribus. 3o ordine sequitur in magnitudine e b latus cubi, 4o vero loco est n b latus ycocedri. Omnium autem minimum est p b latus duodecedri. Et in hoc terminatur liber 13us. Sequitur 14us et habet propositiones 18

18 que habet propositiones 3


14

p^a Omnis perpendicularis a centro circuli ducta ad latus pentagoni intra circulum ipsum descripti dimidio lateris decagoni atque dimidio lateris exagoni intra circulum eundem descriptorum, ambobus dimidiis in longum directum coniunctis, equalis esse probabitur. Patet ergo quod perpendicularis ducta a centro circuli ad latus pentagoni equalis est perpendiculari ducte a centro ad latus trianguli dimidio quoque lateris decagoni intra eundem circulum descripti directe coniunctis.

Sit linea a b latus pentagoni equilateri inscripti circulo cuius centrum c, et ducatur a centro c perpendicularis ad lineam a b, que per 3am 3ii ... dividet eam per equalia, et arcum eius et per equalia per ... primi et 3am 3ii, sitque hec perpendicularis linea c d, secans a b in puncto e, et arcum eius in puncto d. Erit igitur

ut diximus, linea a e equalis e b, et arcus ad arcum d b, protrahatur quoque linea d b, dico quod constat quod ipsa est latus decagoni equilateri proposito circulo inscripti, cum ipsa subtendatur medietati quinte totius circumferentie. Dico itaque quod linea c e est equalis medietati linee c d et medietati linee b d simul longitudine iunctis. Compleatur quoque diameter d c, sitque d c g, et sit e f equalis e d, et protrahatur b f. Eritque per quartam primi b f equalis b d, propterea quoque per quintam primi angulus b d f est equalis angulo b f d. Constat autem ex ultima sexti quod angulus g c b est quadruplus ad angulum b c d, eo quod arcus g b est quadruplus ad arcum b d. Atque angulus g c b per 32 primi est duplus ad angulum b d c, cum g c b sit equalis duobus qui sunt b d c et d b c, et ipsi sunt equales per quintam primi. Ergo angulus b d c est duplus ad angulum b c d. Quare angulus quoque b f d duplus est ad angulum b c f. Sed angulus b f d est equalis duobus intrinsecis qui sunt b c f et c b f per 32 primi. Itaque duo anguli b c f et c b f sunt equales, propterea per sextam primi c f est equalis f b, ideoque et c f est equalis b d, nam b d et b f sunt equales adinvicem. Quare quod fit ex c d cum dimidio d b est equale quod fit ex c d cum dimidio c f. Atque quod fit ex c d cum dimidio c f est equale quod fit ex c f bis cum dimidio f d, propter naturam divisionis unius linee, quod fit autem ex c f bis est equale c f, et dimidium f d est e f. Itaque c e est equale dimidio c d cum dimidio d b, quod est propositum. Correlarium. Ex hoc constat manifestum esse ex 8a 13i quod perpendicularis ducta a centro circuli ad latus trianguli sibi inscripti est equalis dimidio linee ducte a centro ad circumferentiam, prout ibi demonstratum est, et quod correlarie concluditur. Cum ergo per hanc primam huius 14i libri pateat quod perpendicularis ducta a centro circuli ad latus pentagoni sit equalis dimidio linee ducte ad circumferentiam et dimidio lateris decagoni, sequitur quod perpendicularis ducta a centro ad latus pentagoni sit equalis perpendiculari ducte a centro ad latus trianguli et dimidio quoque lateris decagoni, si in eodem circulo inscripti, et hoc est quod correlarie proponit. Nunc ergo explicandum est quod ait Aristeus in libro intitulato expositio scientie quinque corporum, necnon et Apollonius in dono secundo, in proportione figure 12 basium ad figuram 20 basium. Dicit quod proportio superficierum figure huius 12 basium ad superficies figure huius 20ti basium est tamquam proportio corporis 12 basium ad corpus 20 basium, linea enim ducta a centro circuli pentagoni figure 12 basium duodecedri ad circumferentiam eius est eius que linea producitur a centro circuli 20 basium icocedri ad circumferentiam eius. Hec sunt ipsius magni Apollonii verba, que intelligenda sunt de figura 12 et de figura 20 basium ab una eadem quod spera circumscriptibilium. Est enim proportio corporis duodecedri ad corpus ycocedri, cum ambo una eademque spera circumscribit, sicut omnium superficierum duodecedri simul acceptarum ad omnes superficies ycocedri simul acceptas, quemadmodum Apollonius superiorum verborum prima parte innuerat. Sed per ultimam 14i libri solida demonstratione stabilitur, et est circulus circumscribens pentagonum duodecedri equalis circulo circumscribenti trigonum ycocedri, cum duodecedron et ycocedron eadem spera circumscribit, quemadmodum ipse Apollonius secunda parte superiorum verborum innuerat, quod etiam in 4a huius 14i demonstrative firmabitur. Premittenda sunt ergo aliqua antecedentia, ad talium virorum eloquia cum grupo veritate roboranda. Theorema medii et

2 **Quidquid accidit uni linee divise secundum proportionem habentem medium et duo extrema omni linee similiter divise probatur accidere.** Sint utique due linee a b et d e divise secundum proportionem habentem medium et duo extrema, hec in c, illa autem in f, sitque maioris portionis huius sectio a c, illius vero d f. Dico itaque quod ambarum ad suas maiores portiones est una proportio, itemque ad suas minores portiones una, maiorum quoque portionum ad minores una, et coniunctim et permutatim et conversim et eversim, nichil aliud est quam quod uni earum accidit, idem quoque alii accidere. Constat enim per diffinitionem linee secundum proportionem habentem duo extrema et medium divise et per primam partem 16e 6i quod id quod fit ex a b in b c est equale quadrato a c, eodemmodo quoque quod fit ex d e in e f est equale quadrato d f, ideoque proportio eius quod fit ex a b in b c ad quadratum a c est sicut eius quod fit ex d e in e f ad quadratum d f, utrobique enim est proportio equalitatis. Ergo quadrupli eius quod fit ex a b in b c ad quadratum a c est sicut quadrupli eius quod fit ex d e in e f ad quadratum d f, quod per 14a 5i et permutatim et coniunctim proportionalitate manifestum est. Quare coniunctim quadruplum eius quod fit ex a b in b c cum quadrato a c ad quadratum a c sicut quadrupli eius quod fit ex d e in e f cum quadrato d f ad quadratum d f. Adiungatur autem secundum rectitudinem ad lineam a b linea una que sit equalis b c, que dicatur b g, et ad d e adiungatur equalis e f, que dicatur e h. Manifestum ergo per 8am 2i libri quod quadruplum eius quod fit ex a b in b g cum quadrato a c est equale quadrato linee a g, similiter quadruplum eius quod fit ex d e in e h cum quadrato d f est equale quadrato d h. Atque per quintam precedentium quadruplum eius quod fit ex a b in b c equum est quadruplo eius quod fit ex a b in b g, eo quod b c et b g sunt equales, similiter quoque quadruplum eius quod fit ex d e in e f equum est ei quadruplo quod fit ex d e in e h, eo quod e f et e h sunt equales. Ergo per primam partem 11e 5i et per 11am eiusdem quadratum a g ad quadratum a c sicut quadratum d h ad quadratum d f. Quare per 2am partem 22e 6i proportio linee a g ad lineam a c sicut linee d h ad lineam d f, et coniunctim a g et a c ad a c sicut d h et d f ad d f. Atque a g cum a c sunt tamquam duplum a b, et d h cum d f tamquam duplum d e. Quare duplum a b ad a c sicut duplum d e ad d f, et permutatim duplum a b ad duplum d e sicut a c ad d f. Sed duplum a b ad duplum d e sicut a b ad d e per 14am 5i. Ergo a b ad d e sicut a c ad d f. Itemque permutatim et eversim et conversim et coniunctim et disiunctim, quod oportebat ostendere. Theorema medii et duo extrema



3 **Diviso latere exagoni secundum proportionem habentem medium et duo extrema maior eius portio erit latus decagoni inscripti a circulo ipsum exagonum circumscribente.** Erit enim a b latus exagoni alicuius circuli, et divisum secundum proportionem habentem medium et duo extrema in puncto c, sitque a c maior eius portio b c. Dico quod semidiameter circuli a b est latus exagoni, eiusdem b c est latus decagoni. Adiungatur enim ad lineam a b linea b d, que sit latus decagoni illius circuli; cum a b est latus exagoni erit quod per 9am 13i a d divisa secundum proportionem habentem medium et duo extrema, et maior portio eius linea a b. Cum ergo utraque duarum linearum a b et a d sit divisa secundum proportionem habentem medium et duo extrema, erit proportio ambarum ipsarum ad suas maiores portiones una proportio. Itaque d a ad a b sicut a b ad b d, per diffinitionem linee divise secundum proportionem habentem

medium et duo extrema, ergo per 11am 13i ab ad bd sicut ab ad bc, quare per 2am partem 9e quinti bd et
bc sunt equales. Cum ergo bd sit latus decagoni, erit quoque per quod premissum bc latus decagoni. Vel aliter
ad lineam ab adiungatur bd equalis bc, eritque per 9am 13i tota ad divisa secundum proportionem habentem medium
et duo extrema, et maior portio eius linea ab, quare per conversam 9e 13i quod intendimus propositum demon-
stravimus, quod circuli linea ab est latus exagoni, eadem linea bd, seque linea bc sit equalis est latus
decagoni. Propositum idem alia via si libet demonstrare: sit enim ef equalis ab, quam divide in g secundum
proportionem habentem medium et duo extrema, et sit maior portio eius linea fg. Constat ergo per premissa
quod sicut ab est equalis ef, sic ac est equalis eg, et cb equalis gf. Cumque fuit bd adiuncta ad ab,
latus decagoni eiusdem circuli, cum ab est latus exagoni, erit sicut prius dictum est per 9am 13i tota ad divisa
secundum proportionem habentem medium et duo extrema, et maior portio eius erit linea ab. Itaque per premissa erit ab ad
bd sicut fg ad ge, quare per primam partem 14e 6i quod fit ex ab in ge equum est ei quod fit ex bd
in fg. Sed quod fit ex ef in ge equum est quadrato fg per diffinitionem linee divise secundum proportionem habentem medium
et duo extrema, et per primam partem 16e 6i. Ergo quod fit ex bd in fg est equale quadrato fg. Ideoque per primam
sexti linea bd est equalis fg, et quia fg est equalis cb, erit quoque cb equalis bd, et latus decagoni quod ostendere oportebat demonstrare.

Ypolgo dimensio hic ponitur [illegible]


2 Quadratum lateris pentagoni intra circulum de-
scripti quadratumque linee que illius pentagoni angulo subtenditur,
ambo hec quadrata pariter accepta quadrati medietatis diame-
tri eiusdem circuli quintuplum esse pronunciatur. Sit in circulo abc cuius centrum d,
inscriptique pentagoni equilateri cuius unum latus sit ab, et protrahatur diameter cde, di-
videns lineam ab et eius arcum per equalia. Sitque arcus ae medietas quinte partis circumferentie circuli,
quare arcus ac erit due quinte totius circumferentie. Protrahantur itaque due linee ae et ac, eritque ae
latus decagoni equilateri, eo quod arcus est medietas quinte partis circumferentie. Linea vero ac erit latus cubi
circulo eidem inscripti, quam subtenditur uni ex angulis predicti pentagoni, eo quod arcus ac est due quinte
partes circumferentie circuli. Dico itaque quod quadratum duarum linearum ab et ca pariter acceptarum sit quintuplum
ad quadratum linee de. Quod autem quadratum linee ce sit quadruplum ad quadratum linee de, constat
cum sit dupla. Per primam partem 30e sexti, et per penultimam primi, quadratum duarum linearum ca et ae equale
quadrato ce. Ergo quadratum duarum linearum ca, ae et de sunt quintuplum ad quadratum linee de,
ad quadratum de. Ergo quadratum linearum trium scilicet ca, ae et de, sicut quadratum duarum linearum
et quia per 10am 13i libri quadratum ab est equale quadratis duarum linearum ae et de, sequitur ut quadratum duarum linearum
ab et ca sit quintuplum ad quadratum de, quod est propositum. Manifestum ergo est quod quadratum lateris cubi
atque lateris figure 12 basium cum cubum et figuram duodecim basium eadem spera circumscribit, ambo
quadrata pariter accepta quintuplum sunt quadrati medietatis diametri circuli qui circumscribit pentagonum eiusdem
figure 12 basium. Istud corollarium vere manifestum est. Constat enim per diffinitionem 13i
quod latus cubi subtenditur angulo pentagoni duodecedri, cum cubum et duodecedron una eadem
spera circumscribat, itaque per hanc patet propositum. Concluditur corollarium istud.

Corollarium


4 Pentagonus figure duodecim basium, trianguluisque figure viginti
basium quas eadem spera circumscribit, uno eodemque circulo circumscribentur.
Sit spera cuius diameter ab, circumscribens duas solidas figuras, videlicet duodecedron, cuius
unus ex 12 pentagonis sit c, et ycosaedron cuius unus ex viginti triangulis sit d, pentagono
autem c et trigono d super duo centra d et c circumscribantur duo circuli, quorum alter circumscribit pentagonum
c, alter vero trigonum d, huic quidem per 14am quarti, illi vero per 4am eiusdem. Dico itaque quod hii duo
circuli quorum semidiametri sunt equales. Signentur enim duo latera pentagoni c trigonique ex suis angulis
eius et ef et fg, et protrahatur linea eg, que subtendat angulum f, et semidiameter circuli
circumferentia ef et fg, et protrahatur semidiameter sui circuli que
sit cf. Trigoni quidem ex lateribus trigoni d signetur linea hk, et protrahatur semidiameter
sit dk. Deinde ponatur linea lm, ad quam sit linea ab, que est diameter spere, circumscribentis quintupla in potentia,
et dividatur in n secundum proportionem habentem medium et duo extrema, sitque maior portio eius ln, et fiat
quadratum lm. Et sint equalis linee lm, eritque
... circulo p q, ita quod semidiameter circuli p q sit equalis linee lm, eritque
per corollarium 19e quarti linea lm latus exagoni equilateri circulo p q inscripti. Ideoque per 3am huius
linea ln erit latus decagoni equilateri eidem circulo inscripti. Ergo per 11am 13i inscribatur pentagonus
equilaterus circulo p q, cuius unum latus sit p q. Eritque per 10am 13i quadratum p q equale quadratis duarum
linearum lm et ln pariter acceptis. Constat autem per diffinitionem 16e 13i quod hk est equalis p q. Ergo
quadratum hk est equale quadratis duarum linearum lm et mn pariter acceptis. Item per diffinitionem 13i
Multiplex autem superpartiens est numerus quando ad alium comparatus continet ipsum plus quam semel et aliquas eius partes aliquotas et hoc potest esse infinitis modis quia si unus numerus contineat alium plus quam semel et eius aliquas 3as dicitur multiplex superpartiens 3as etc. Inveniendo autem harum specierum potest sic haberi: accipiantur numeri naturales in una linea incipiendo a senario ita quod numerus numerum excedat in tribus et in alia incipiendo ab 8 sic quod numerus numerum in 8 excedat et comparentur primus primo et 2us 2° et erunt omnes dupli superbipartientes 3as. Similiter accipiantur omnes numeri excedentes se in quaternario incipiendo a 4 et in alia excedentes se in undenario incipiendo ab 11 et comparentur primus primo 2us 2° etc. et habebuntur infinite supertripartientes a 2^le supertripartientes 4as ut patet in figura.

3	6	9	12
8	16	24	32

4	8	12	16
11	22	33	44

Hic determinat de alia proportione composita scilicet de multiplici superpartiente et primo facit hoc diffinitive, 2° dividit ibi et hoc potest esse infinitis modis, 3° ponit eius genera ibi secundo notandum. Diffinitio multiplicis superpartientis declaratur per glosam secundum quam glosam fuit diffinitio numeri superpartientis superius et partes eius aliquotas super quas superpartite non fiunt una parte aliquota. Notandum quod iste numerus contineat duos modos unus ex parte multiplicis quia cum aliquis numerus continet minorem plus quam semel quia si bis tunc est 2^la quia ter tunc est 3^la etc. Secundo ex parte superpartientis et hic triplicem unus ex parte numeratoris 2° ex parte denominatoris 3° ex parte ambarum ut patet de eo est de superpartiente. Unde 8 ad 3 est proportio dupla superbipartiens 3as et 11 ad 4 est proportio supertripartiens 4as etc.

Viso quot sunt species maioris inequalitatis notandum quod tot et eedem sunt species minoris inequalitatis addita hac prepositione sub eidem et eciam nominibus specierum. Propterea autor determinavit de speciebus maioris inequalitatis nunc determinat de speciebus minoris inequalitatis et hoc facit breviloquio. Notandum est tamen quod ad inveniendum numeros minimos cuiuslibet proportionis sive maioris inequalitatis sive minoris proportionis huiusmodi datur talis regula: proportio duorum terminorum sive numerorum est multiplex tunc non est difficile invenire minimos numeros quia illi sunt denominator et unitas. Si autem non est multiplex tunc scribe istos terminos et subtrahe minorem a maiore tunc devenies ad unitatem quia non sic prim[i] tunc unitas est minor terminus exemplum 8 et 11 subtrahatur 8 ab 11 remanent 3, deinde subtrahe 3 ab 8 bis et manent 2, deinde 2 a 3 et manent 1 ergo 1 est minor terminus. Sic non pervenitur ad unitatem sed ad unum numerum quem si subtrahis surgit totum tunc debes operari quamque ille numerus subtractus continetur in minori numero et quotiens in maiori ut 14 et 6 sunt duo numeri in quorum subtractione tandem totum surgit in numerus ultimo subtractus 2 et 2 in 6 quinquies continetur in 14 et bis in sex ideo est numerus scilicet 7 et 3 est minor terminus in proportione quia est numerus denominans quotiens sic quod sunt in tali proportione ubi in subtractione totum surgit numeri denominates quotiens sunt minimi numeri in proportione et dicitur numerus minimus quia inter minores non potest reperiri eadem proportio quam est inter 14 et 6 scilicet proportio dupla sesquialtera quia inter 4 et 2 quam est 2^a.

Omnis autem inequalitas ex equalitate procedit quod sic patet sint tres termini equales ut tres unitates deinde sumatur equale primo et constituatur in loco primo deinde accipiatur equale primo et 2° et constituatur in loco 2° deinde accipiatur equale primo et 3° et duobus 2^is et constituatur in loco 3°. Ordine ergo sic documentum ut patet in figura et tunc ex equalitate prima procedit proportio dupla ex 2^la 3^la ex 3^la 4^la etc. in infinitum. Similiter ex speciebus numeri multiplicis conversis ordinibus procedunt species superparticularis per idem documentum ita quod ex 2^la proveniat sesquialtera ex 3^la sesquitertia etc. in infinitum ut patet in figura. Similiter ex speciebus superparticularis procedunt species superpartientis et hoc in numeris conversis ex[e]mplum patet in figura. Similiter per idem documentum terminis conversis non conversis procedunt species multiplicis superparticularis ex speciebus superparticularis et similiter ex superparticularibus multiplices superpartientes procedunt ut patet in figura et hee sunt 10 species maioris inequalitatis et procedunt ex equalitate. Quod ex equalitate procedit omnis inequalitas hoc indicat boecius.

1	1	1	equalitas
1	2	4	2^la
1	3	9	3^la
1	4	16	4^la

4	2	1
4	6	9

9	3	1
9	12	16

Quot sunt species minoris inequalitatis

Alia pars principalis in qua autor comparat proportiones inequalitatis maioris cum minoris ad equalitatem. Et circa hoc duo facit: primo ostendit quod omnis inequalitas procedit ex equalitate; secundo docet quomodo inequalitates ad equalitatem reducuntur, ibi: Si autem vis scire etc.

Circa primum multas ponit doctrinas per quas docet formare proportiones inequalitatis ex equalitate. Notandum ad ostendendum quod omnis inequalitas procedit ab equalitate duplex ponitur in textu documentum, per quorum primum declaratur quod omnes species maioris inequalitatis singulariter ex equalitate procedunt, non tamen omnes equaliter immediate, sed primo et immediate oriuntur ab equalitate proportiones multiplices et prima omnium est proportio dupla, ex qua ulterius procedit 3la, ex 3la 4la, et sic in infinitum. Postea ex proportionibus multiplicibus generantur superparticulares, sic quod ex 2la fit sexquialtera, ex 3la sexquitertia, et ulterius secundum convenientiam speciei ad speciem. Postea ex superparticularibus procedunt superpartientes, comparando speciem ad speciem, ut puta ex sexquialtera superbipartiens, ex sexquitertia supertripartiens, et sic de aliis. Deinde ex hiis duobus generibus mediantibus generantur [illegible] ordine, quia [illegible] in hiis duabus proportionibus scilicet superparticulari et superpartiente: ex superparticulari procedit multiplex superparticularis et ex superpartiente multiplex superpartiens secundum correspondentiam. Notandum autem secundum quod prima inequalitas procedit ex equalitate et generaliter omnes inequalitates ex se invicem et omnibus generantur generaliter unius modi, scilicet quod proposita aliqua equalitate aut inequalitate si ex illa debet oriri species alia inequalitatis, capiatur primo numerus equalis primo et ponatur in primo loco, secundo capiatur alter equalis primo et secundo et ponatur in loco secundo, deinde capiatur tertius numerus continens secundum primi ordinis et secundum secundi ordinis et tertium primi ordinis, verbi gratia: propositis tribus binariis, hic capiatur equale primo et est binarius, sic primi ordinis, et in secundo loco ponatur quaternarius, equalis duobus primis binariis primi ordinis, deinde in tertio loco ponatur octonarius, collectus ex quaternario posito in secundo ordine et duobus binariis positis in secundo et tertio locis primi ordinis, et hec regula est utilis in omnibus. Hanc regulam alii sic ponunt: ponatur equale primo in loco primo, deinde equale primo et secundo in loco secundo, deinde equale secundo secundi ordinis et equale primo et tertio primi ordinis et constituatur in loco tertio, et hoc fit in propositis numeris conformiter declaratis.

Aliud adhuc aliter ponunt [illegible] ponatur equale primo in primo loco, deinde in loco secundo equale primo et secundo, deinde in tertio loco ponatur equale primo et tertio primi ordinis et duplo secundi eiusdem ordinis, et hec est generaliter vera. Primo est generalissima in omnibus numeris [illegible] ut patet practicanti eadem ~~[illegible]~~.

Reducuntur autem inequalitates ad equalitatem sic: ponatur equale primo in loco primo, et in secundo loco residuum secundi subtracto primo, et in loco tertio ponatur residuum tertii subtracto primo iam constituto et duplo secundi iam constituti. Hoc autem clarius dicetur in processu libri et ideo scripsi.

Si autem vis scire qualiter omnis inequalitas ad equalitatem reducitur, accipe tres terminos inter quos sit aliqua proportio, ut proportio 4la verbi gratia; accipe equale primo et constitue in loco primo, deinde subtrahe primum a secundo et residuum pone in loco secundo, deinde primum secundi ordinis cum duplo secundi eiusdem a tertio subtrahe et residuum pone in loco tertio, ut patet in figura. Reducitur enim 4la proportio ad 3lam et 3la ad 2lam et 2la ad equalitatem. Per hoc idem documentum reducuntur species superparticularis ad species multiplicis, ita quod sexquialtera ad 2lam, sexquitertia ad 3lam, sexquiquarta ad 4lam. Et per hoc idem documentum reducuntur species superpartientis ad species superparticularis, ita quod superbipartiens reducitur ad sexquialteram et supertripartiens ad sexquitertiam. Et species multiplicis superparticularis reducuntur ad species superparticularis, ita quod dupla superbipartiens reducitur ad superbipartientem et triplex superbipartiens ad supertripartientem, ut hic: 9 [illegible] / 9 15 25. Et eodem species multiplicis superpartientis ad species superpartientis, ita quod dupla sexquialtera ad sexquialteram reducitur, et omnes iste species sunt maioris inequalitatis. Unde planum est quod omnis inequalitas ad equalitatem reducatur per predictum documentum.

Hic secundum alios incipit liber 2us, secundum alios vero alia pars principalis in qua postquam autor declaravit quod omnis inequalitas ex equalitate procedit, iam vult ostendere quomodo inequalitas ad equalitatem reduci possit via a qua generatur, quia [illegible] in idem [illegible] resolvitur et reducitur. Notandum secundum veritatem est prius contrarium ab esse, ita equalitas est prius contrarius inequalitate. Omnis autem contrarius ad aliam relatum vel refertur ad eam secundum proportionem equalitatis et inequalitatis. Secundo omnis proportio inequalitatis reducitur et est ad aliquam equalitatem tamquam ad eius principium, et hoc est quod declarat autor in textu per duplex documentum. Nobis advertendum est quod non est immediate omnis inequalitas reducitur ad equalitatem, sed secundum aliquam vel immediate progreditur ab equalitate, et quanto magis remote, tanto per ordinem retrogradum reducitur iterum ad equalitatem omnes species inequalitatis, ut clarebit inferius in textu. [Nota] quod in textu dicitur deinde primum cum 2lo 2i a 3o debes [illegible] intelligi quod a [illegible] 3m [illegible] 2e [illegible] subtrahi primus semel et 2us bis eiusdem loci a 3o [illegible] conveniret si [illegible] solum duo 2i [illegible] et subtraherentur a 3o ut patet practicanti.

Omnes species multiplicis et superparticularis sibi invicem correspondent, quia primus numerus 2le habet unum sexquialterum, 2us habet duos, 3us tres, 4us quatuor et sic in infinitum; eodem modo primus numerus 4le habet unum sexquitertium, 2us duos, 3us tres et sic in infinitum, ut patet in figura. Aliud documentum est quod ex duabus speciebus primis numeri superparticularis scilicet sexquialtera et sexquitertia provenit prima species multiplicis scilicet dupla ut 2 3 4, et ex prima specie multiplicis et ex prima specie superparticularis scilicet 2la et sexquialtera provenit 2a species multiplicis scilicet 3la ~~verbi gratia 2 4 6~~: quaternarius enim ad binarium est proportio 2la, senarius vero ad binarium est proportio 3la. Aliud documentum est quod ex 2a specie numeri multiplicis et ex 2a specie superparticularis scilicet ex 3la et sexquitertia provenit 3a species numeri multiplicis scilicet proportio 4la, verbi gratia 2 6 8: senarius ad binarium est proportio 3la, octonarius vero ad senarium est proportio sexquitertia, octonarius autem ad binarium est proportio 4la.

Hic ostendit quomodo ad invicem se habent proportiones multiplices et superparticulares, et hoc [illegible] ad [illegible] theorema [illegible]. Notandum quod omnis numerus multiplex habet tot superparticulares quotus est in ordine, ut si est primus habet unum, si 2us duos. Unde primus 2le scilicet binarius habet unum sexquialterum scilicet ternarium et ibi est status; 2us 2le scilicet 4or habet duos sexquialteros scilicet 6 et 9 et ultra ibi est status, quia 9 non habet medietatem et ibi est status. 3us vero 2le scilicet 8 habet 3 sexquialteros scilicet 12 18 et 27 et ibi iterum est status ut prius. Eodem modo patet etiam in aliis: triplus scilicet 3 ut primus 3le habet unum sexquitertium scilicet 4 et non plures quia 4 non habet 3am partem; 2us 3le scilicet 9 habet post se duos sexquitertios unum scilicet 12, alium vero sexquitertium scilicet 16, sed quia 16 non habet 3am partem ideo ibi est status. Idem invenies de aliis quia tot habet quilibet sexquitertios post se quotus ipse est ab unitate, et hec omnia clare patent in figuris. Deinde ponit autor quedam alia documenta de habitudine proportionum inter se que clare patent in littera textus.

1	4	16	4la reducta ad 3lam
1	3	9	3la ad 2lam
1	2	4	2la ad equalitatem
1	1	1	

1	3	9	27	81
4	12	36	108	
16	48	144		
64	192			
256				

1	4	16	64	256
5	20	80	320	
25	100	400		
125	500			
625				

1	2	4	8	16
3	6	12	24	
9	18	36		
27	54			
81				

9	15	25	superbipartiens reducta ad sexquialteram
	6	4	sexquialtera reducta ad duplam
1	2	4	dupla reducta ad equalitatem
	1	1	

2la
2 3 4
sexquialtera sexquitertia

3la
6 9 18
sexquialtera 2la

4la
3 9 12
3la sexquitertia

3la
2 6 8
sexquitertia
4la

trianguli — tetragoni sive quadrati — pentagoni — exagoni — piramis — piramis curta — bis curta

1	1	1
2	4	8
3	9	27
4	16	64
5	25	125
6	36	216
7	49	343
8	64	512
9	81	729
Radix	Quadrati	Cubici

Notandum vero quod sicut in figuris geometricis est triplex dimensio scilicet longitudo latitudo et profunditas secundum quod linea superficies et corpus et aliquid est dimensionis principium quod tamen nulla est dimensio sicut est punctus, ita in numeris contingit reperire unitatem ad similitudinem puncti et numeros lineares ad similitudinem linee et superficiales ad similitudinem superficiei et corporales sive solidos ad similitudinem corporis de quibus per ordinem est dicendum et primo.

Circa quod est intelligendum post unam generalem dispositionem linearium alteram a [illegible] et primo [illegible] compositionem [illegible] notificando. Notandum vero unitas vicem puncti optinet quia sicut punctus puncto additus non est nisi punctus ita unitas unitate multiplicata non est nisi unitas ut semel unum non est nisi unum. Et dico notanter unitas multiplicata unitate, nam unitas addita unitati non manet unitas sed erit dualitas vel ideo quia sicut se habet punctus in linea vel in corpore sic se habet unitas in numero, nam sicut punctus est indivisibilis in quantitate continua sic unitas in quantitate discreta. Notandum quod secundum tria elicitur triplex dimensio numerorum, dimensio scilicet linearis superficialis et solidi cum sufficientia sic habetur: omnis numerus a [illegible] ductus vel non [illegible] est linearis [illegible] vel semel vel pluries [illegible] est superficialis [illegible] est solidus.

Est autem numerus linearis qui a duobus inchoatus addita per unitatem in unum eundem quod modum ducte quantitatis explicata congeries ut hic 2 3 4 5 6.

Describit numerum linearem et potest sic diffiniri: numerus linearis est numerus a duobus inchoatus addita per unitatem [illegible] ut 2 3 4 5 6 etc. Dicitur autem numerus linearis quia [illegible] non habendo respectum ad dispositionem numeri [illegible] et dicitur linearis quia sicut linea habet unicam dimensionem et sic habent omnes numeri [illegible] in se non habendo respectum ad additionem unitatis ad numerum. Dicitur linearis et obmittitur in numero lineari unitas quia unitas actu non est numerus sed solum principium numeri.

Superficialis numerus est qui potest disponi ad similitudinem superficiei. Numerorum autem superficialium alius est triangularis alius tetragonus alius pentagonus etc. Quorum generatio sic fit: accipiatur numerus naturalis inchoando ab unitate ut 1 2 3 4 5 6 et aggregentur primus et secundus et habebitur primus triangulus, [illegible] et habebitur secundus triangulus etc. in infinitum ut patet in figura. Ex quo patet quod trianguli per aggregationem numerorum naturalium continue assumptorum generantur. Tetragoni autem per aggregationem imparium per ordinem assumptorum scilicet 1 3 5 7. Pentagoni vero per aggregationem numerorum incipiendo ab unitate duobus ordinibus pretermissis ut 1 4 7 10 13 etc.

Describit [illegible] numerum superficialem. Notandum numerus superficialis est qui fit ex ductu unius numeri in alium numerum vel in se ipsum scilicet ut bis duo sunt quattuor et bis tria sunt sex etc. [illegible] numerus superficialis habet duos numeros [illegible] duas habet dimensiones scilicet longitudinem et latitudinem. Notandum quod unitas [illegible] quo ad omnes species numeri superficialis, non tamen est numerus superficialis actu sed solum potentia et ergo non sit nisi ad [illegible] quod unitas est principium omnium numerorum superficialium et generaliter omnium numerorum.

Item quod triangulus est primus numerus superficialis actu [illegible] quia triangulus est prima figurarum in geometria, nam omnis figura rectilinea resolvitur in triangulos, ipse vero in nullam; et quia iste numerus superficialis ad modum superficiei disponitur habet duas unitates in quolibet latere. Item triangulus in actu est ternarius

et habet tamen in quolibet latere 3. Secundus est senarius et habet 3 in quolibet latere etc.

Item quod quilibet numerus triangulus habet tot unitates in quolibet latere quot continet numeros naturales additos in generatione eius [illegible] patet per totum. Et consimiliter dicendum est de aliis speciebus numeri superficialis. Item quod tetragoni quadrati vel quadranguli componuntur ex duobus triangulis sibi se positis ut patet [illegible] addita [illegible] ad 3 sunt 4 [illegible] est primus [illegible] et similiter componitur [illegible]. Pentagonus vero componitur ex triangulo addito tetragono ut 1 ad 4 sunt 5 [illegible] primus triangulus in potentia et 4 est primus tetragonus actu, similiter 12 qui sunt secundus pentagonus componitur ex 3 triangulo et tetragono [illegible]. Hexagonus componitur ex triangulo et pentagono ut patet in figuris. Ex quo patet quod triangulus est omnium aliarum figurarum superficialium numerorum principium.

Solidus autem numerus est qui potest disponi ad similitudinem solidi corporis ita quod habet tres dimensiones scilicet longitudinem latitudinem et profunditatem. Et numerorum solidorum tres vel plures sunt species et quia de numero piramidali primo dicendum est. Est autem numerus piramidalis qui potest depingi ad modum corporis piramidalis. Est autem corpus piramidale quod habet latitudinem inferius et tendit ad punctum superius. Dicitur autem numerus piramidalis [illegible] quia quidam est a basi triangula vel trilatera, quidam a basi quadrangula, alius vero a basi pentagona etc. et ideo species ipsius numeri sunt infinite. Quorum generatio sic habetur: piramidalia basi triangula per aggregationem numerorum triangulorum sumptorum continue generantur ut hic 1 3 6 10 15 etc., unde prima piramis habebit 1, 2a 4, 3a 10, 4a 20, 5a 35, 6a 56 ut patet in figuris predictis. Eodem modo a basi tetragona per aggregationem tetragonorum ut hic 1 4 9 16 25 etc., ita quod prima piramis tetragona habet 1, 2a 5, 3a 14, 4a 30, 5a 55 etc. [illegible] non potest sic figurari in plano. Eodem modo per aggregationem pentagonorum fit piramis pentagona et eodem modo intelligendum est in aliis. Precedendum tamen quod istarum piramidum quedam sunt perfecte scilicet in quibus fit additio perveniens ad unitatem, alie autem sunt imperfecte et harum quedam dicuntur semel curte scilicet in quibus deficit unus numerus scilicet quia non tangunt ad unitatem sed deficit in unitate, alie sunt bis curte scilicet in quibus deficiunt duo numeri, alie sunt ter curte et quibus deficiunt 3 numeri et sic in infinitum procedendo. [illegible]

Notandum numerus solidi [illegible] tribus dimensionibus et ideo non potest sibi [illegible] corpus solidum [illegible] vel tabula ut bis duo bis [illegible] duo [illegible] ut longitudo et latitudo [illegible] 3 [illegible] profunditas in plano [illegible] non potest [illegible] ad intellectum [illegible]. Item quod in piramidibus [illegible] a [illegible] basi [illegible] piramidibus [illegible] basi quadrangula [illegible] piramides depingi in plano [illegible] ita quod basis sit [illegible] latera [illegible] a basi [illegible] puncto [illegible] basi quadrangula [illegible]. Item quod talis piramis tot habet unitates in quolibet latere quot [illegible] piramis a [illegible] in quolibet latere [illegible]. Item [illegible] quod piramis perfecta et [illegible] imperfecta [illegible] a basi per singulos numeros [illegible] usque ad unitatem [illegible] erit piramis perfecta, si vero unitas vel plures [illegible] basi [illegible] obmittuntur dicitur imperfecta quia non habet complementum [illegible] et si sola deficit unitas dicitur semel curta, sed si cum hoc etiam deficit [illegible] triangulus vel [illegible] quadrangulus et sic de aliis [illegible] dicitur bis curta vel ter curta vel quater etc. [illegible]

numeri triangulares sunt 3 6 10 15 21 28 36 45 55 66 78 91 105 120 136 153 171 190 210 etc.
numeri quadrangulares sive quadrati vel tetragoni sunt 4 9 16 25 36 49 64 81 100 121 144 169 196 etc.
numeri pentagoni sunt 5 12 22 35 51 70 92 117 [illegible] 145 176 210 247 287 etc. in infinitum
numeri exagoni sunt 6 15 28 45 66 91 120 etc.
numeri eptagoni sunt 7 18 34 55 81 etc.

Habito de numeris solidis qui piramidis formam obtinent, sequitur est alia dispositio numerorum solidorum talis: alii enim sunt cubici, alii asseres, alii laterculi, alii geniculi, alii ciclici, alii circulares. Cubus est ille numerus qui potest disponi ad similitudinem corporis cubici. Corpus autem cubicum est illud quod habet tres dimensiones scilicet longitudinem latitudinem et profunditatem equales ut decius quadratus; et talis est omnis numerus qui fit ex ductu alicuius numeri in se ipsum bis, ut bis duo bis, ter tria ter. Recipit autem iste numerus equalis per equalia. Numeri enim naturales accipiuntur pro radice numeri tetragoni unde dicuntur numeri cubici procreati. Huic autem species opponitur numerus cuneus vel bomiscus qui fit inequalis et ex inequalibus ut ter quater quinquies. Et inter has duas species est numerus asser et numerus laterculus. Numerus asser est qui fit ex inequalibus equaliter ut bis tria bis. Numerus laterculus est qui fit ex equalibus inequaliter ut ter tria quater. Numeri autem ciclici vel circulares sunt qui fiunt ex quinario in quinarios et a senario in senarium ut quinquies 5 fiunt 25, sexies sex fiunt 36, et dicuntur isti circulares quia ubi sumitur principium ibi est circulus et ad eundem punctum reversio, sic isti numeri a quinario vel senario incipiunt et ad quinarium vel senarium revertuntur.

Numerus cuneus est cubo oppositus quia habet omnes dimensiones inequales ut ter quater quinquies et dicitur secundum Boecium spheniscus; asseres vero et lateres sunt medii. Et sunt (?) secundum vocabula Boecii (?) pleriscos (?), asseres vero et laterculi vocantur paledes vel asseres vocantur dunames.

In ista parte auctor determinat de aliis speciebus numeri solidi et primo de cubico ponendo primo eius diffinitionem, deinde eius generationem ibi: Recipit autem, postea de aliis. Notandum: Cubus est corpus habens sex superficies equales, 12 latera equalia et 8 angulos equales ut taxillus. Unde dicitur numerus cubicus cuius longitudo est equalis latitudini et profunditati, ita quod in quolibet latere sunt tot unitates secundum longitudinem latitudinem et profunditatem quot multitudinem habet unitates. Et est omnis talis numerus proveniens ex ductu alicuius numeri in se ipsum bis, ut bis duo bis, ter tria ter etc. Secundo notandum quod si per generationem huius numeri naturalis dispositis numeris ordine suo naturali ducatur primus in se ipsum bis, habebitur primus numerus cubicus. Deinde ducatur secundus eodem modo in se ipsum bis et numerus inde proveniens erit secundus cubicus, et ita de tertio et quarto et sic in infinitum. Et idem provenit ducendo quemlibet numerum ordine suo naturali in primum quadratum cum ipse est in dispositione. Propter hoc notat auctor cum dicit in textu quod numerus quadratus multiplicatus per eius radicem facit numerum cubicum naturalem. Idem provenit ducendo binarium in se ipsum bis et semel in eius quadratum ut bis duo bis et bis 4, utrobique 8 provenit, et ita de aliis numeris naturalibus et quadratis suis. Notandum quod post numeros cubicos sunt quidam numeri solidi extreme (?) ipsis oppositi scilicet qui nec longitudinem habent equalem latitudini nec latitudinem equalem profunditati, scilicet qui constituuntur ex diversis numeris inequalibus ut bis tria quater. Alii vero medio modo se habent inter predictos, sic quod habent duas dimensiones equales et tertiam aliis inequalem vel e converso; habent duas dimensiones equales et sic fiunt ex equalibus inequaliter. Dualitates quoniam sunt equales, et sic fiunt ex equalibus inequaliter ut bis duo quater; vel tamen dualitates quoniam sunt inequales ut bis duo ter, et sic fiunt ex inequalibus equaliter ut bis tria bis. Et hiis numeris imposita sunt nomina corporum solidorum habentium se equaliter in suis dimensionibus conveniens secundum proportionem numeri se habentis in suis dimensionibus. Iterum secundum Bragwardin (?) numeri laterculi sunt illi qui fiunt ex equalibus equaliter in minus ut ter tria bis, ubi fit multiplicatio ex equalibus equaliter et prima minus. Numeri asseres secundum eundem sunt qui fiunt ex equalibus equaliter in maius ut bis duo ter, tertia quater etc.

Omne quod est in mundo vel constat ex substantia eadem vel diversa, natura autem unius et eadem ad unitatem pertinet, natura vero alterius seu diversa pertinet ad binarium quia est principium omnis alteritatis eo quod primo ab unitate recessit.

Ab hiis duobus numeris scilicet unitate et binario originaliter omnes numeri producuntur, ut numeri quadrati et altera parte longiores. Taliter omne quod est in mundo vel est substantia immobilis scilicet deus vel est natura mobilis et variabilis ut corruptibilia. Sicut igitur ex natura mobili et immobili constat totus mundus, ita ex numeris quadratis qui nascuntur ex unitate et ex numeris altera parte longioribus qui nascuntur ex binario omnis numerus est compositus. Ad cuius evidentiam licet prius dictum sit de quadrato, dicendum est quid sit quadratus et quid altera parte longior et quo ab ante longiori differat. Circa istud notandum quod determinat de quibusdam speciebus numerorum et numerorum scilicet quadrati et altera parte longioris, et primo ostendit quod omnis numerus resultat ex unitate et binario. Notandum unitas est principium unitatis quia quantumcumque multiplicant per numerum ultimum semper unitas semel 1 manet 1, semel 2 manet 2, semel tria sunt 3, et sic in infinitum. Secundum binarius est principium alteritatis quia ductus in se vel in alium fit alter numerus quam (?) numerus se habet ad unitatem. Iterum ad medium par vero ad dualitatem et ideo impar numerus dicitur propter (?) identitatis sive numerus identitatis, par vero dicitur numerus alteritatis et diversitatis etc.

Quadratus numerus est ille qui provenit ex ductu alicuius numeri in se semel ut bis duo fiunt 4 etc. Altera parte longior est numerus qui provenit ex ductu alicuius numeri in proximum superiorem ut ter 4. Parte longior est numerus qui provenit ex ductu alicuius numeri non in primum superiorem sed in alium superiorem ut ter quinque. Et sicut ipse mundus constat ex partibus secundum proportiones eorum in armonia, ita eciam intelligendum est de quadratis et altera parte longioribus ad invicem proportiones habentibus. Ingenerationem (?) autem numerorum quadratorum habent per aggregationem omnium imparium ut 1 3 5 7 9 etc. Generatio autem altera parte longiorum fit per aggregationem parium ut 2 4 6 8 10 etc. Ulterius autem numerorum quadratorum et altera parte longiorum multe sunt comparationes. Prima est quod si primus numerus quadratus comparetur altera parte longiori primo, ibi erit dupla proportio ut si 4 qui est primus numerus quadratus comparetur ad duo qui est primus numerus altera parte longior, semper in potencia erit proportio dupla. Et si secundus quadratus comparetur secundo numero altera parte longiori erit sesquialtera proportio ut 4 ad 6. Si vero tertius comparetur tertio erit sesquitertia proportio ut 9 ad 12. 2a comparatio est quod si comparetur secundus quadratus primo altera parte longiori et tertius secundo et quartus tertio, iidem numeri proveniunt et eedem proportiones ut dictum est supra, et si comparetur 4 ad 2 est dupla, et 9 ad 6 est sesquialtera, et 12 ad 16 est sesquitertia. 3a comparatio omnes numeri quadrati distant ab invicem in numeris paribus taliter immediati ut inter 1 et 4 sunt 3, inter 4 et 9 sunt 5 etc. Sed numeri altera parte longiores distant in paribus ut inter 2 et 6 sunt 4, inter 6 et 12 sunt 6 etc. 4a comparatio si inter primum numerum quadratum et secundum ponatur numerus altera parte longior in eadem proportione se habet ad utrumque, sicut si inter 4 et 9 ponatur 6, sicut 6 est sesquialter ad 4 ita 9 ad 6. 5a comparatio si aggregentur duo quadrati simul et unus altera parte longior inter eos contentus precise multiplicetur 1e (?) numerus qui inde provenit erit quadratus proveniens ex numero impari immediate sequente minus altera parte longiorem ut si 4 iungas ad

2 6 12
4 9 16
4 9 16 25 36
2 6 12 20 30
4 9 16 25
2 6 12 20 30
4 6 9

uo q fruit 7 6 ...... [illegible] nō ... [illegible] ... ī ... 3
7 tanto 10 ... 6 ... q ... autor ... [illegible]
... [illegible] ... alt ... [illegible]

9 qui faciunt 13 et multiplicetur 6 in se ut
sexies 6 sunt 36 que iuncta faciunt 49 cuius ra-
dix est 7 Similiter si duo altera parte longiores aggregentur
et si quadratus qui est inter eos duplicetur provenit numerus
quadratus proveniens ex medio duplato ut si aggregentur
2 ad 6 faciunt 8 deinde duplicetur 4 et sunt etiam 8
que simul addita faciunt quadratum 16 16a proprietas est
quod ex hiis numeris quadratis et altera parte longioribus simul
iunctis procreantur trianguli ut patet in figura nam
si addantur unum duo exibit ternarius si 4 ad 6
exibit denarius qui omnes sunt numeri trianguli 17a proprietas
si a quolibet quadrato unum latus demantur vel addatur fit
numerus altera parte longior ut si a quadrato 4 cuius quodlibet latus
est 2 demantur 2 manebit 2 qui est primus altera parte longior
in potentia et si addantur 2 fit senarius qui est primus
altera parte longior in actu Notandum etiam quod si numeri
quadrati et numeri altera parte longiores alternatim disponantur
erunt proportiones eedem et proprietates medii ad me-
dia licet non secundum equalis differentia in serie videlicet 1 2 4
6 9 12 16 20 24 nam 2 se habet ad 1 sicut 4 quod est
quadratus ad 2 qui est altera parte longior et sic 6 qui est
altera parte longior ad 4 sicut 9 ad 6 Nota in textu
primum de medio quadrato et altera parte longiori et sunt hic dif-
finitie 2o ponit generationem eorum et 3o diversas proprietates
Notandum numerus quadratus dicitur qui potest disponi ad modum
quadrati corporis quod habet omnes angulos equales et omnia latera
equalia ut patet in figura ∴∴ sed altera parte longior dicitur qui disponitur
ad modum quadranguli qui habet maiorem longitudinem quam la-
titudinem ut sunt 6 ut patet in figura ∴∴ unde patet quod 1 non est
numerus quadratus in actu sed in potentia similiter binarius non
est altera parte longior in actu sed tantum in potentia Ut ibi
generatio autem Notandum quod numeri quadrati procreantur ex coniunc-
tione imparium ut 3 ad 1 sunt 4 | 4 ad 5 sunt 9 | 7 ad 9
sunt 16 et sic consequenter Sed numeri altera parte longiores generantur
ex paribus ut 2 ad 4 sunt 6 | 6 ad 8 sunt 12 | 8 ad 12
sunt 20 et sic consequenter Item numerus quadratus fit ex aggregatione in-
parium numerorum quia in eius dispositione semper mediat in dividendo
per equalia et est principium unitatis quia in divisione perveniunt
ad unitatem sed numerus altera parte longior componitur ex paribus
et tendit ad dualitatem quia in eius dispositione remanent 2
vel procedit ad 2 et ad hoc intelligendum premisit au-
tor primum notabile huius de unitate et binario Ut
ibi 4a proprietas Notandum quod prima pars 4e proprietatis
sic intelligitur si duo numeri quadrati coniuncti addantur et si numerus
altera parte longior qui est inter duos quadratos per se ipsum multi-
plicetur et ad totum simul iungatur procreabitur numerus quadratus
cuius radix est numerus impar coniunctus sexies sicut numerus in-
medius secundum altera parte longiorem multiplicatum per se ipsum
ut addendo 4 ad 9 erunt 13 deinde multiplicando 6 per 6 erunt
36 que addendo ad 13 erunt 49 qui est numerus quadratus cuius radix
est 7 nam septies 7 sunt 49 qui septenarius est numerus impar
coniunctus per 6 qui est altera parte longior intermedius Item 2a
pars eiusdem proprietatis sic intelligitur quod si duo numeri
altera parte longiores intermediant simul iungantur et quadratus qui est
inter eos duplicetur et ad totum simul componatur producit quadratum cuius
radix est numerus quadratus primo duplatus ut addendo 2 ad
6 erunt 8 deinde duplicetur 4 et sunt 8 postea addas 8 ad
8 et habebis 16 numerum quadratum cuius radix est 4 numerus coniunctus
etc. Notandum est quod autor in hiis duabus proprietatibus
utitur quandoque numeris quadratis et altera parte longioribus in potentia

simul cum illo qui sunt tres in actu ipsos omnes computando sicut patet in
quibusdam speciebus ubi utitur uno et duobus pro primis terminis numeris
in quadratis vero ipsos non computat quia quandoque notat 4 primum quadratum.
His habitis videndum est de proportionalitatibus et
medietatibus que valet ad musicam speculationem
unde sciendum est quod proportio est duorum terminorum ad se invicem
habitudo quedam proportionalitas vero est duarum vel plurium
proportionum comprehensio vel collectio vel sic est duarum
vel plurium proportionum similis habitudo unde proportionalitas admi-
nus in tribus reperitur ut sicut se habet 4 ad 2 ita 8 ad 4 sicut etiam in
4or terminis ut sicut se habet 6 ad 3 ita 4 ad 2 et quandoque ibi sunt
3s termini tamen utimur uno pro duobus Unde est terminus 3 bis
tonus libri vel secundum quosdam libri 3us vel etiam secundum alios terminus 2us libri 2i
in quo autor dicit de proportionalitatibus et primo ponit diffinitionem
proportionalitatis 2o eius divisionem ibi unde sciendum Notandum quo ad
primum quod autor simul cum diffinitione proportionalitatis ponit etiam diffinitionem
proportionis ut sic una per relationem ad aliam melius cognoscatur
dicunt enim proportio et proportionalitas non proportio in medietate
attribuitur numeris sed proportionalitas attribuitur proportionibus Sed
de ar... diffinitione proportionalitatis nam ipsa videtur esse diffusa
quia non competit proportionalitati arismetrice quia ibi non est similitudo
proportionum sed coniunctio ut patet in medio naturali sic videlicet
1 2 3 4 4 20 de 1a diffinitione non competit proportionalitati musice
ut 2 4 6 nam ibi non est similitudo proportionum sed diversitas propter
non quod aliqui glosant eius diffinitionem sic proportionalitas est duarum
vel plurium proportionum similitudo vel dissimilitudo et sic hec licet
in proportionalitate arismetrica et etiam armonica non sit similitudo est tamen
ibi dissimilitudo Alii sic dicunt quod proportionalitas est similitudo proportionum
vel coniunctio vel diversitas et sic patet quod in proportione arismetrica
et armonica est similitudo diversa vel coniunctio licet non proportionum
Unde sciendum quod duplex est proportionalitas scilicet coniuncta que
fit inter 3s terminos ad minus et disiuncta que fit inter 4or ad minus
Ut hic ponit divisionem que clare patet in textu Notandum tamen quod differentia
est inter proportionem coniunctam et disiunctam primo enim dicunt predicti
earum diffinitiones nam in proportionalitate coniuncta semper fit connexio propor-
tionum in altera parte terminorum quod non accidit in disiuncta et
duo unde in proportionalitate coniuncta omnes termini se habent sicut antecedentes et consequentes
preter primum et ultimum sed sic non est de disiuncta 2a differentia est quod
coniuncta fit in terminis eiusdem speciei sed disiuncta fit inter terminos
Sunt autem decem medietates id est proportionalitates | diversitates propor-
tionalitates coniuncte famose quarum 3s sunt magis perfecte
et preter has est medietas perfectissima in qua omnes armonie
simplices vel composite continentur Harum autem tres sunt antique
et famose que a pitagore et platonis et aliorum sententia
proveniunt scilicet arismetica geometrica et armonica de
quibus per ordinem est dicendum et primo de arismetica eo quod in dispositione
numeri naturalis prior reperitur Est autem medietas arismetica
cum numeris tribus vel pluribus propositis inter eosdem sunt eedem
differentie sed non eedem proportiones ut in terminis istis tribus 1 3 4 1 3 4
et generaliter ut dictum est in omni numero naturali dispositione reperitur ea
nam quantum terminus distat ab unitate scilicet per binarium item 4 a
terminus scilicet per binarium sed ternarius habet se ad 1 in proportione tripla
quaternarius vero ad ternarium est sesquitertius 3as Ut ponit aliam divisionem
proportionalitatis in medietatis ad primas usque in textu Notandum
sicut patebit in processu unde tamen reperitur medietas et quas
solum 4or sunt famose quarum 3s sunt simplices scilicet arismetica geometrica
et armonica et 4a est maxima et dicitur perfectissima Item medietas
arismetica est cum et aliquos numeros propositos sunt eedem
differentie sed non eedem proportiones ut patet in istis terminis 1 3 4
nam quantum distat 3 ab uno tantum distat 4 a terminis sed tamen
ad unum est proportio 3la 4 autem ad 3 est proportio sesquitertia 3as

Item ad levius inveniendum medium arismeticum inter duos propositos videas differentiam inter duos propositos cuius media et eius medietatem adde minori sic vel adde ambos terminos adinvicem et producti medium accipe ... differentia et producti media ... ut inter 10 et 40 est 30 cuius medietas scilicet 15 in addita ad 10 faciunt 25 quod est medium arismeticum inter 10 et 40 nam sicut 25 excedit 10 in 15 ita 40 excedit 25 in 15. Ex primo 40 et 10 sunt 50 cuius medietas est 25. Variatur tamen quia non in omnibus numeris potest inveniri medium arismeticum quia inter numeros quorum unus est par et alter impar non potest medium arismeticum inveniri quia differentia eorum numerorum est impar et impar non potest dividi in numeros pares ... dicitur autem differentia in proposito excessus quo unus alterum excedit numerorum.

Medietatis autem huius quatuor sunt species vel proprietates. Prima proprietas est quod si huiusmodi medietas est in tribus terminis disposita tunc termini extremi coniuncti tantum faciunt quantum medium duplicatum si sit in tribus proportionabilibus ut si ponantur 1 2 3 et iungantur 1 et 3 tunc erunt 4 et tantum etiam faciunt bis 2. Si vero autem fuerit proportionalitas in quatuor terminis tunc medii duo coniuncti tantum faciunt quantum duo extremi ut verbi gratia 1 2 3 4. 1 et 4 faciunt 5 et tantum etiam faciunt 2 et 3. Secunda proprietas est quod sicut se habent termini ad seipsos ita se habent differentie ad seinvicem quia sicut omnes termini sunt equales ita differentie dicuntur sunt equales. Tertia proprietas quia in hac medietate in tribus terminis constituta si multiplicetur extremum per extremum et medium per seipsum vel per aliud medium productum erit equale producto et si fuerint in 4 terminis id quod provenit ex multiplicatione medii in seipsum vel in aliud superabundat id quod provenit ex multiplicatione extremorum in tantum quantum provenit ex ductu unius differentie in aliam verbi gratia sicut se habent 2 ad 4 ita 4 ad 6 sed bis 6 faciunt 12 quater 4 16 que superant 12 in 4 que 4 proveniunt ex ductu differentiarum in se hec enim differentie sunt 2 et 2 unde bis 2 faciunt 4. Eodem modo si sint plura media quam unum dicitur in aliud superabundant extrema reducta secundum quantitatem differentiarum ... et hoc est verum in progressione ... ut 2 4 6 8. Quarta proprietas est quod inter minores terminos maior proportio reperitur et inter maiores minor verbi gratia sicut se habent 2 ad 3 ita 3 ad 4 modo 2 et 3 sunt minores termini et habent proportionem sesquialteram sed 3 et 4 sunt maiores termini et habent proportionem sesquitertiam que est minor sesquialtera. Possunt autem alie proprietates medietatis proportionalis arismetice ... que clare patent in textu. Notandum tamen quod secunda proprietas quod ... equalitas est ... ita quod idem non dicitur equale sibi ipsi ... large ... equalitas ... per ipsum ... autor in textu de equalitate ... ab equalitate procedunt ... et equalitas ... plures termini ... sicut aliqui ... in principio ...

Habito de medietate arismetica dicendum est de geometrica. Medietas geometrica est quando tribus terminis propositis vel quatuor vel pluribus inter ipsos sunt eedem proportiones sed non eedem differentie ita est in hiis numeris 2 4 8 nam sicut se habent 2 et 4 est proportio dupla ita inter 8 et 4 sed non sunt eedem differentie quia inter 2 et 4 est dualitas inter 4 et 8 est quaternarius. Huius autem medietatis sunt multe proprietates quarum prima est sicut se habent termini adinvicem ita se habent differentie ad differentias ut sicut 4 est duplum ad 2 et 8 ad 4 sic differentia inter 8 et 4 scilicet 4 est dupla ad differentiam que est inter 4 et 2 scilicet 2. Secunda proprietas maior terminus ad minorem comparatus ipsum minorem numerum continet per differentiam inter se et ipsum minorem verbi gratia sicut 2 ad 4 ita 4 ad 8 quaternarius autem

dicitur a binario quantitate minoris numeri scilicet binarii et octonarius dicitur a quaternario quantitate ipsius quaternarii qui est minor terminus et hoc solum in proportione dupla. Tertia proprietas si in hac medietas constituatur in tribus terminis et multiplicetur extremum per extremum et medium per seipsum idem reddibit utrobique verbi gratia 2 4 8 bis 8 sunt 16 quater 4 etiam sunt 16. Similiter si fuerint quatuor termini idem reddibit multiplicando extremum per extremum et medium per medium verbi gratia 2 4 3 6 bis 6 sunt 12 ter 4 etiam sunt 12. Quarta proprietas est quod in maioribus terminis et minoribus eadem proportio reperitur ut inter 2 4 8 16 32 64.

Causa autem quare magister dicat de medietate geometrica ... et primo facit hic diffinitionem secundo subiungit eius proprietates ibi ... Huius autem. Secundo medietas arismetica et geometrica differunt per hoc quia medium arismeticum requirit equale distare ab extremis sed ut equaliter sit terminus medii superius ... extremi et extremi minoris ... medium et hinc processu denotavit magister in modo predicti nomine differentie sed medietas geometrica attenditur penes equalitatem proportionis ut scilicet talis sit proportio medii ad extremum minus qualis est proportio maioris extremi ad medium. Item in proportione geometrica potest esse proportionalitas continua vel disiuncta et continua dicitur quando sicut se habent in ipsis numeris 2 4 8 18 nam qualis est proportio secundi ad primum talis est proportio tertii ad secundum et quarti ad tertium propter quod connexio dicitur ibi proportionalitas disiuncta est ut patet in hiis numeris 2 4 6 12 nam qualis est proportio secundi ad primum talis est proportio quarti ad tertium quia utrobique dupla sed non est eadem tertii ad secundum quia sesquialtera. Item secunda proprietas solum tenet in proportione dupla et non in aliis quia in sesquitertia non tenet ut hic 9 12 16 nec in sesquialtera ut hic 16 24 36 nec in tripla ut hic 1 3 9. Hec autem proprietates tenent in omnibus proportionibus. Item ad facile inveniendum medium geometricum multiplica duos propositos adinvicem et radix producti erit medium vel latus tetragonicum quod numerum quadratum ... et illud erit medium geometricum duorum propositorum verbi gratia 10 et 40 multiplica 10 per 40 et erit 400 cuius unum latus tetragonum est 20 scilicet radix 400 nam vigesies 20 sunt 400 et medium geometricum inter 10 et 40 est 20 quia cum latus tetragonicum numeri scilicet 400 sit 20 et ... secundum est in numeris quibus ut medium inter 4 et 64 est 16. Et nota quod inter quoslibet duos quadratos proportionaliter invenitur medium proportionale geometricum ducto radice unius quadrati in radicem alterius ut 4 et 9 quadratorum quorum radices sunt 2 et 3 multiplica 2 per 3 et reddibit

Sequitur de medietate armonica. Hic magister ... Medietas autem armonica est quotiens tribus terminis vel pluribus propositis inter seipsos nec eedem differentie nec eedem proportiones inveniuntur sed sicut se habet maximus terminus ad minimum ita se habet differentia que est inter maximum et medium ad differentiam que est inter medium et minimum verbi gratia 2 3 6 sicut se habent 2 ad 6 in proportione tripla eodem modo se habet ternarius qui est differentia inter 6 et 3 ad unitatem que est differentia inter 3 et 2. Huius autem medietatis armonice tres sunt proprietates. Prima in maioribus terminis semper est maior proportio et in minoribus minor quod est contrarium medietati arismetice verbi gratia 2 3 6 nam 2 ad 3 comparata est proportio sesquialtera 3 autem ad 6 est dupla omnis autem dupla est maior sesquialtera. Secunda proprietas est quota parte minoris termini excedit minor terminus a medio tota parte maioris termini excedit medius numerus a maiore extremo verbi gratia 2 3 6 duo enim excedunt a ternario in medietate partis binarii et eodem modo tria excedunt a 6 in medietate

ipsius senarii patet in terminis. 3a medietas est quod si tres termini extremi invicem iungantur et multiplicetur totum per medium terminum id quod provenit habebit se in 2la proportione ad id quod provenit ex multiplicatione extremi per extremum verbi gratia 2 3 6 iungantur 2 ad 6 et erit 8 deinde multiplicetur 8 per 3 et erit 24 item multiplicetur extremum per extremum scilicet 6 per 2 et fiunt 12 quae sunt medietas 24. Dicitur autem medietas armonica quia in hac medietate omnes proportiones musice inveniuntur. Et notandum quod hee 3 medietates quae dicte sunt inter duos terminos possunt inveniri ut si 10 et 40 disponantur 25 in medio erit medietas arismetica nam sicut se habent 40 ad 25 sic 25 ad 10 quia utrobique differentia est 15. Sed si ponatur in medio 16 tunc erit proportio armonica ideo 10 16 40 quia in qua proportione se habent 40 ad 10 scilicet in 4la in tali se habet differentia inter 40 et 16 scilicet 24 ad differentiam quae est inter 16 et 10 scilicet 6 quia 24 est 4la ad 6. Et geometrica est ibi si ponatur in medio 20 nam sicut 40 sunt 2la ad 20 ita 20 sunt 2la ad 10 ut patet.

Capitulum 3um hic dicitur de 3a proportione quae est inspirata et simpliciter scilicet armonica. Notandum medium armonicum sic invenitur inter quoslibet terminos propositos sic invenitur primo adde extrema ad invicem ut 10 ad 40 sunt 50 deinde subtrahe differentiam extremorum scilicet 30 et multiplica eam per minus terminum ut deinde 30 et sunt trecenta et id quod sic provenit divide per quantitatem terminorum scilicet per 50 deinde minus quotiens scilicet 6 adde minori termino scilicet 10 et erunt 16 quae sunt medium illorum terminorum sicut expositum est inter 6 et 12 quorum medium est 8.

2a Distanciam cacuminum duorum moncium oculo existente in cacumine unius et vidente cacumen alterius invenire. Ad quod ponitur hic de duobus montibus intelligitur de quorumcumque altitudinibus. Sint duo montes scilicet a et b et sit oculus super a sive sit equalis alti sive dissimilis. Accipe communem regulam que sit cd, deinde pone oculum in una eius extremitate scilicet in puncto c et vide punctum c et punctum d et cum hoc cacumen montis b. Talis autem regula sic posita de cetero vocabitur linea descensus visus. Quo facto super illam regulam sic positam erige virgas tuas dupliciter ut docuit precedens et operare ut precedens docuit, quia illa regula cum radio visuali ymaginato sibi continuata usque ad summitatem b habebit se ut in precedenti planum se habebat.



3a Longitudinem vallis oculo existente in monte videntem pedem montis mensurare. Longitudo vallis dicitur illa distancia que est inter cacumen montis et pedem eius descendendo secundum lineam rectam. Sit mons a cuius pes b videatur cum oculo existente in montis summitate. Deinde in eadem summitate montis statuatur linea descensus visus ad pedem ipsius scilicet ad b et sit illa linea descensus visus cd super quam erige virgas tuas dupliciter ut docuit prima huius. Deinde operare ut ibi.




4a Longitudinem ascensus oculo existente in pede montis et vidente cacumen invenire. Longitudo ascensus dicitur distancia que est inter pedem montis et eius summitatem secundum lineam rectam ascendendo. Quamvis in precedenti supposita linea descendente visus in summitate montis sic nunc eam statuas in pede montis. Deinde operare ut in prima dicebatur. Signato oculo existente in

5a Distanciam altitudinis ab aliquo loco in plano altitudine et vidente locum signatum ~~invenire~~ secundum lineam rectam invenire. Sit a altitudo turris vel montis et locus signatus in plano sit b. In altitudine ponatur linea descensus visus ad locum b que sit cd. Deinde operis et arguas ut in prima per virgas dupliciter si placuit.




6a Distanciam altitudinis a loco in plano signato oculo existente in plano in loco signato et vidente altitudinem secundum lineam rectam mensurare. In plano et in loco signato ponatur linea descensus visus ad altitudinem. Deinde operare secundum primam huius dupliciter ut ibi.

7a Longitudinem quamlibet inter oculum et rem visam cum instrumento gnomonico secundum lineam rectam invenire. Si longitudo mensuranda fuerit planum equidistans orizonti, sit illud planum ab cuius terminus videtur qui sit b. Accipe instrumentum gnomonicum quod sit adcf et ipsum situa predicto modo super plano in termino a. Deinde pone clavum cum quo intersecatur regula in cono d et per ambo foramina tabellarum regule vide terminum b et nota ubi regula intersecat latus cf et sit punctus e. Quo facto qualis est proporcio ec ad cd talis est da ad ab. Sed prima proporcio est nota quia quantitas illarum continentium est nota, igitur et 2a; et quantitas da est nota, igitur ab erit nota. Vel sic: per 4am suppone multiplica cd in da et productum divide per ce et exibit ab, quia ibi sunt 4or quantitates proporcionales, scilicet ec ad cd et da ad ab, quarum prime 3 sunt note, igitur 4a erit nota. Probacio huius quia duo trianguli qui sunt ecd et dab sunt equianguli quia angulus c est rectus et angulus a est rectus et anguli ecd et bda sunt coalterni, igitur equales per primam partem 29e primi, igitur per 2am partem 32e primi angulus cde est equalis angulo b, et per 4am 6i latera illos equos angulos continencia sunt proporcionalia et illa sunt ec et cd et da et ab, igitur qualis est proporcio ec ad cd talis est da ad ab. Si vero longitudo mensuranda non fuerit planum equidistans orizonti, statuatur linea descensus visus super quam erigatur instrumentum et operaris ac si esset planum equidistans orizonti, et sic per hoc instrumentum habebis totum quod precedentes proponunt.



8a Planum cuius terminus videtur cum astrolabio longitudinem invenire. Sit planum ab cuius terminus b videatur. Suspende astrolabium de manu tua sinistra et vide terminum b per utriusque foramina pinnacidiorum tabellarum. Postea vide quot puncta umbre verse abscindit regula, quia si regula ceciderit super puncta umbre recte tunc altitudo tua esset maior longitudine plani. Quo facto vide qualis est proporcio punctorum umbre verse que abscindit regula ad 12 talis



talis est proporcio stature tue ad longitudinem plani hoc est talis est proporcio distancie inter oculum tuum et plantam pedis ad longitudinem inter pedem tuum et terminum b visum ut si puncta que abscindit regula sint 2 que est sexta pars de 12 statura tua est sexta pars plani et sic planum esset sexies tanta longum quanta tu es altus ab oculo ad plantam pedis. Probacio sit Sint a b planum o oculus et hec astrolabium sit ordinate quod dicitur esse et linea o b sit radius visualis qui transit per ambo foramina pinnarum tabularum et d g in astrolabio puncta umbre que abscindit regula. Tunc considero duos triangulos scilicet triangulum o a b et triangulum g d r quos dico esse equales in angulos quia angulus a est rectus et angulus d est rectus ergo equales et angulus d r g est equalis angulo b quia sunt coalterni inter lineas r d et a b equidistantes. Et eadem racione angulus r g d est equalis angulo o quia linea d g et o a sunt equidistantes et angulus r g d et angulus o sunt coalterni ergo equales. Sed si trianguli sunt equianguli latera equos angulos respiciencia sunt proporcionalia per 4 sexti. Ergo qualis est proporcio g d que sunt puncta que regula abscindit ad d r que ponitur 12 talis est proporcio o a que est statura tua ad a b que est longitudo plani. Sed proporcio g d ad d r est nota quia utraque linea nota ergo proporcio o a ad a b erit nota quia eadem. Sed o a est nota ergo per 2am supposicionem a b erit nota que est longitudo plani quod erat propositum

Planum cuius terminus videtur cum quadrante longitudinem mensurare 9ª

Sit planum a b in termino b visum. Accipe quadrantem et respice terminum b per ambo foramina pinnarum tabularum posito corpore quadrantis ubi est centrum fili perpendiculi iuxta oculum et vide quot puncta umbre recte abscindit perpendiculum que comparata ad 12 et qualis est proporcio illorum punctorum que abscindit perpendiculum ad 12 talis est proporcio stature tue ad longitudinem plani quod patet quia consimiliter sunt nobis duo trianguli scilicet triangulus o a b et triangulus r d e quos dico esse equiangulos quia angulus a est rectus et d rectus ergo equales et angulus d e r est equalis angulo o quia o b et e d sunt equidistantes et eis supervenit linea r e ergo angulus d e r est equalis angulo e r b et angulus e r b est equalis angulo o quia linea r e et o a sunt equidistantes et eis supervenit linea o b ergo per 2am partem 29e primi angulus e r b est equalis angulo o quia r est angulus communis et o extrinsecus. Tunc per communem scienciam quecumque uni et eidem sunt equalia inter se sunt equalia erit angulus o et angulus d e r equales. Et utrique sunt equalis angulo e r b ergo per 2am partem 32e primi angulus d r e est equalis angulo b. Sed si trianguli sunt equianguli latera sunt proporcionalia id est qualis est proporcio e d que sunt puncta umbre recte ad d r que ponitur quod 12 talis est proporcio o a que est statura tua ad a b que est longitudo plani. Sed prima est nota quia utraque linea est nota ergo et 2a. Et linea o a est nota ergo a b erit nota quod fuit intentum

Quarumcumque duarum rerum distanciam oculo existente a latere et utramque 10ª
videntem distanciam invenire. Oculus a latere existens dicitur qui non est in eadem recta linea cum illis duabus rebus visis. Sint a et b due res distantes sive sint montes sive castra sive quecumque alie res sive una sit alta et altera bassa vel equalis altitudinis aliter se habentes. Scias distanciam inter utramque earum per predictas. Deinde accipe unam tabulam planam que deferat visum ad utramque rem visam et sit tabula c d e f. Postea pone oculum in medio unius lateris tabule et vide a et sit oculus in puncto e et nota ubi radius visualis attingat latus oppositum et sit punctus g. Et iterum oculo existente in o videas b et nota ubi radius attingat latus oppositum et sit punctus h. Deinde protrahe duas lineas rectas que sunt e g et e h et quia linee o a et o b sunt note erit proporcio earum nota. Tunc de lineis e g et e h abscinde duas lineas sive partes in tali proporcione se habentes in qua se habent o a et o b et sint ille partes k o et o t et duc unam rectam lineam a puncto k ad punctum t que sit k t. Quibus ordinatis vide qualis est proporcio o k ad k t talis est proporcio o b ad a b. Sed proporcio o k ad k t est nota ergo proporcio o a ad a b erit nota quia eadem et o a est nota ergo a b erit nota que est distancia inter a et b propositum. Probacio quia linea k t secat duo latera trianguli o a b proporcionaliter igitur per 2am partem 2e equidistabit lateri a b a quo propter hoc sunt duo trianguli que sunt o a b et o k t quos dico equiangulos quia linea k t et a b sunt equidistantes erit angulus o t k equalis angulo a et o k t equalis angulo b et angulus o est communis utrique ergo latera equos angulos respiciencia sunt proporcionalia id est qualis est proporcio o k ad k t talis est proporcio o b ad a b quod fuit probandum

Longitudinem aspectus cuiuslibet montis cuius pes et cacumen videntur ab oculo ex- 11ª
istente in aliquo monte mensurare. Sint montes a cuius pes b et mons c videatur ab o oculo existente in monte d sive pedes se tangant sive sint longe distantes sive equales sive inequales. Scias lineam o t per 2am huius et lineam o b per 9 et precedentem habebis lineam o b que est longitudo aspectus secundum lineam rectam in plano et videte pedem et 12ª

Longitudinem cuiusvis montis oculo existente in cacumine invenire. Scias distanciam ab oculo ad pedem per primam et 7am 8am vel 9am huius et distanciam ab oculo ad montem per 6am et per 10am habebis propositum

13a Distanciam pedum duorum montium oculo existente super uno et utriusque pede vi-
dente mensurare. Sciens longitudinem vallis montis in quo stas per 2am et distanciam inter
oculum et pedem alterius montis per 4am vel 5am et per 10am habebis quod queris. Iste et propositiones
11a 12a et 13a bene possunt haberi per 10am sed eas posui ut videatur utilitas ipsius decime.

14a Altitudinem cuiuslibet rei perpendiculariter erecte super plano cuius summitas et terminus inferior
videntur mensurare. Sit altitudo erecta a b super plano b c cuius summitas videatur et etiam
b terminus inferior. Accipe unam virgam cuius nota quantitatis que sit g d et eam erige perpendiculariter inter te
et altitudinem et pone oculum ad terram et procede vel retrocede donec videas summitatem rei erecte per sum-
mitatem virge g d et nota locum ubi est oculus ~~et pedem alterius~~ que sit f tunc per precedentem scias
distanciam inter locum f ubi est oculus et pedem altitudinis que est b et vide qualis est proporcio f g scilicet
distancie inter locum oculi et pedem virge ad g d scilicet totam virgam talis est proporcio f b scilicet longitudinis
plani ad b a altitudinem modo proporcio f g ad g d est nota quia utraque est nota ergo et proporcio f b ad
b a sed f b est nota ergo b a erit nota ut si f g sit 3 pedes et g d 2 et f b 12 tunc b a
erit 16 pedes. Probatur quia trianguli a b f et d g f sunt equianguli quia angulus b est rectus et g rectus
et f communis utrique ergo latera continentia angulos equales sunt proporcionalia et qualis est proporcio f g ad g d
talis est f b ad b a. Potest etiam demonstrari per precedentem per 2am suppositionem quia cum sint 4or quantitates
proporcionales scilicet f g g d f b et b a et 3 sunt note ergo per 2am suppositionem 4a erit nota si in ultimis
g d que est 2a et f b que est 3a et producti divisio per f g que est prima provenit b a 4a ignota

15a Lucente sole vel luna altitudinem rei facientis umbram ex noticia lon-
gitudinis umbre supra plano invenire. Sit a b altitudo rei facientis umbram
que umbra sit b g cuius longitudo sit nota et sit extensa super plano b c. Accipe virgam
cuius nota quantitatis que sit f d et eam erige perpendiculariter inter altitudinem et conum umbre taliter quod
radius transiens per summitatem altitudinis transeat etiam per summitatem virge quod sic scias. Respice
quod radius tangat summitatem virge et nichil de virga interserit. Tunc vide qualis est proporcio
distancie que est inter conum umbre et pedem virge que est linea g f ad virgam f d talis est proporcio
g b que est tota umbra ad b a que est altitudo facientis umbram modo proporcio g f ad f d est nota
quia utraque nota ergo proporcio g b ad b a erit nota et tota umbra g b est nota ergo altitudo eius distans erit
nota. Probacio et operacio huius est omnino consimilis probacioni et operacioni precedentis sed est ibi differentia quia in
precedente signabatur radius visualis qui erat f d a in ista autem loco radii visualis est radius
luminosus et est illo aliquantulum certior quia melius potest notari locus coni umbre quam locus oculi in
terra. Et nota pertinens quod si astra facientes umbram esset 45 graduum super terram ante meridiem vel
post tunc quelibet res faciens umbram est equalis sue umbre si sit perpendiculariter erecta super terram super
plano. Et causa: umbra versa et recta sunt equales quia tunc sinus altitudinis solis est medietas
lateris quadrati inscripti circulo quod sinus altitudinis est b c et est residuum sinus versi 45 graduum
est medietas lateris inscripti circulo et id residuum est etiam sinus altitudinis arcus residui 45 graduum et sit
c a ergo b c et c a sunt linee equales quia quelibet est equalis medietati eiusdem lateris et quelibet est sinus
residui 45 graduum eiusdem circuli. Tunc protrahatur linea a b c constituens quod sinum rectum arcum 45 graduum
quod quidem sinus est linea b c et residuum sinus versi arcum 45 graduum quod etiam est sinus residui arcum
45 graduum que est c a et radio luminoso que est b a. Cuius trianguli duo latera que sunt b c et c a
sunt equalia. Tunc sit g d aliqua res erecta perpendiculariter erit umbra d a equalis altitudini d g
et etiam si g f sit aliqua res faciens umbram versam idem erit de triangulo g f a. Et de isto erit specialis
tractatus scilicet de umbris et radiis quia multa possunt haberi per umbras et radios que difficulter haberentur
per alia instrumenta astrolabium. Tamen credo quod possibile est quod demonstretur distancia corporis solis et
lune vel cuiuslibet alterius astri cum radiis et umbra in aliquo loco terre cognito solum per umbras
et radios et aliquas alias res habitas ut gradus solis et azimuth et altitudo et situm solis
in principio cuiuslibet signi et specialiter solsticiorum et in locum augis et multa alia que in illo
tractatu per dei graciam videbuntur. plano perpendiculariter erecte cuius termini

16a Altitudinem rei vise super inferioris distancia ad mensurantem est nota
cum speculo invenire. Sit altitudo a b super plano b c. Accipe speculum et ipsum
pone inter te et pedem altitudinis et tunc diu procede usque speculum vel retrocede quousque in speculo
videas summitatem altitudinis et nota in speculo punctum ubi apparet summitas altitudinis que sit
punctum f. Tunc vide qualis est proporcio distancie inter pedem tuum et punctum f ad altitudinem
tuam scilicet ad distanciam que est inter oculum tuum et planam pedis talis est proporcio distancie que est
inter punctum f in speculo ad altitudinem a b et eodem proporcio distancie inter pedem et f ad alti-
tudinem tuam est nota quia utraque linea nota ergo proporcio distancie inter f et b ad a b erit nota
sed f b est nota ergo et a b erit nota. Ista potest demonstrari supponendo unam conclusionem
perspective scilicet quod anguli incidencie et reflexionis sunt equales et illa conclusio demonstratur in 4o per-
spective Vitellonis et est conclusio 20ma illius quinti in qua dicitur sic: In omni reflexione
a quibuscumque speculis facta angulus incidencie est equalis angulo reflexionis. Exemplum possum licere

inequalitas naturam reflexionis non immutat. Ista conclusione supposita ymaginentur duos triangulos quorum unus est inter pedem altitudinis et speculum et radium incidentie. Alius est triangulus distantie oculi ad plantam pedis et distantie inter plantam pedis et f punctum in speculo cum radio reflexionis. Hos triangulos probo esse equales quia angulus b est rectus et angulus c est rectus, ergo equales; et angulus a f b est equalis angulo g f c quia angulus a f b est angulus incidentie et g f c est angulus reflexionis, ergo ipsi sunt equales per quartam suppositionem supposita; ergo per 32 primi angulus g est equalis angulo a. Sed si trianguli sunt equianguli latera sunt proportionalia, ergo qualis est proportio c f ad c g talis est f b ad b a, quod erat demonstrandum.

Perpendiculariter erecte super plano cuius summitas

Altitudinem rei vise perpendicularis et tota inferior videntur cum quadrante mensurare. 17ª

Sit altitudo a b. Accipe quadrantem et pone unum oculum super foramen ubi est filum usque altitudinem et alium oculum in foramen et per ambo foramina pinnarum tabularum vide summitatem rei et tandem procede usque altitudinem vel retrocede ab ea quousque videndo summitatem per ambo foramina perpendiculum cadat super 45 gradus, scilicet in cono quadrantis. Deinde scito vide quanta est distantia que est inter pedem tuum et pedem altitudinis, cui distantie addas altitudinem ab oculo tuo ad terram, tota enim est altitudo quesita. Probatio: probatur quia triangulus o e d in quadrante est equiangulus triangulo a b c quia angulus o est rectus et angulus b est rectus et angulus e d o est equalis angulo a quia unus est coniunctus et alius o est rectus et angulus b est rectus; per 29 primi; et linea ab et de sunt equales per 29 primi et 15 quia angulus e est equalis angulo c; igitur qualis est proportio e o ad o d talis est proportio c b ad c a, sed e o est equalis o d quia latera eiusdem quadrati, ergo c b est equalis b a. Nunc restat probare quod linea f g que est statura hominis sit equalis linee g c que est linea addita. Probatur quia trianguli c b a et c g f sunt equianguli quia angulus b est rectus et g rectus et c communis utrique; igitur qualis est proportio c b ad b a talis est proportio c g ad f g, sed c b est equalis b a, ergo c g est equalis f g. Item si tu dubitas de plano an sit equidistans orizonti probatur illo modo: ponas quod perpendiculum recte contingat latus quadrantis ubi non sunt tabule et vide per utraque foramina tabularum pedem altitudinis in plano; et si filum non mutatur tunc planum est equidistans orizonti; si vero mutatur tunc non est. Si non fuit equidistans potes ponere perpendiculum ut dictum est ut contingat latus quadrantis et vide si nota aliquod signum in altitudine tunc illud punctum et oculus sunt in una recta linea equidistanti orizonti. Tunc vide quanta est distantia inter oculum tuum et illum punctum, tanta enim est distantia ab illo puncto ad summitatem rei sine addicione. Item si volueris absque hoc quod movearis te accedendo ad rem vel recedendo ab ipsa et absque eo quod experteris ut perpendiculum cadat super 45 gradus operaris sic. Accipe quadrantem et per ambo foramina vide summitatem rei et vide ubi perpendiculum contingat latus quadrantis. Et si cadit super latus umbre recte erit altitudo minor longitudine et vide qualis est proportio punctorum que abscidit perpendiculum ad 12 talis est proportio altitudinis ad longitudinem, hoc est ad distantiam inter te et pedem altitudinis addita distantia que est inter pedem tuum et locum contra ubi cadit inter te et pedem altitudinis, respiciendo per ambo foramina et quadrante non moto. Probatio: probatur quia trianguli l s q et g t r sunt equianguli. Si vero perpendiculum cadit super latus umbre verse erit altitudo maior longitudine. Tunc vide qualis est proportio punctorum que abscidit perpendiculum de umbra versa ad 12 talis est proportio longitudinis ad altitudinem. Eodem modo probatur quia trianguli h k i et l m n sunt equianguli, quod erat demonstrandum.

Idem quod proponit precedens cum astrolabio perficere. Suspende astrolabium 18ª

in manu tua sinistra et pone regulam super 45 gradus in quarta altitudinis et tamen diu procede vel retrocede quousque per ambo foramina pinnarum tabularum videas summitatem rei et operaris et arguas ut dictum est in precedente. Eodem modo si facere volueris absque eo quod movearis te tamen diu eleva vel deprime regulam quousque respiciendo per utraque foramina videas summitatem rei et operaris et arguas eodem modo sicut in precedente dictum est.

Altitudinem cuiuscumque rei vise usque ad locum perpendicularis subsistentem 19ª

etiam loco non viso ac etiam distantiam a loco non viso invenire usque ad oculum ac totam quantitatem linee recte ab oculo ad rem visam patefacere.

Sit a res visa. Accipe unam virgam certe note quantitatis que sit c b et eam erige perpendiculariter super plano inter te et rem visam et si non habes virgam super plano equidistante orizonti fac eam vel pone unam virgam vel unum asserem super quo erige perpendiculariter virgam tuam et pone oculum ad terram et vide cum uno oculo summitatem rei vise per summitatem virge c b et nota locum oculi qui videt illam summitatem et sit punctus d, dum retrocede secundum lineam rectam vel procede et accipe aliam virgam certam equalem virge c b quam erige super eodem plano et sit virga g f et iterum pone oculum ad terram et per summitatem virge g f vide summitatem rei vise et nota locum ubi stat oculus que sit h. Quibus ordinatis vide qualis est proportio f h ad d b, talis est proportio h e que est locus perpendiculariter subsistens ipsi a ad d e. Sed proportio h f ad d b est nota quia utraque nota, ergo proportio h e ad d e erit nota quia eadem et differentia d h est nota, ergo per 2 suppositionem d e erit nota et tota quantitas h e est nota et ideo fuit 2 propositum in conclusione. Ex isto habebitur primum faciliter sic. Vide qualis est proportio h f ad f g talis est h e ad e a. Sed h e est nota, sed proportio h f ad f g est nota quia utraque nota, ergo proportio h e ad e a erit nota, et hoc fuit primum. Tertium probatur sic quia ubi est ut probatum est ergo a e erit nota per 2 suppositionem et hoc fuit primum. 13 probatur sic quia ubi est unus triangulus rectangulus scilicet triangulus h e a cuius duo latera que sunt h e et e a sunt nota, ducantur in quadratum


in se et producta addantur et totius aggregati accipiatur radix quadrata et erit linea ha que est quantitas secundum lineam rectam ab oculo ad rem visam quod notum est per penultimam primi. Non ignorans principale autem antequam probatur sequitur quia qualis est proportio hf ad db talis est he ad de. [Probatio] probatur quia trianguli hfg et hea sunt equianguli quia f est rectus et e rectus et h communis utrique ergo qualis est proportio hf ad fg talis est he ad ea per 4 sexti permutatim per 16am 5ti qualis est ae ad fg talis est eh ad fh. Item trianguli dbc et dea sunt equianguli eadem ratione quia b est rectus et e est rectus et d communis utrique ergo qualis est proportio db ad cb talis est de ad ea per 4 sexti permutatim qualis est ea ad cb talis est ed ad bd et quia cb est equalis gf quia utique sunt equales utrobique excepta ae que est equalis superiori qualis est proportio ed ad bd talis est eh ad fh per 4 sexti permutatim qualis est fh ad db talis est he ad de quod fuit probandum. [Ex] ista et superioribus sequitur quod pluribus viis inquirere altitudines montium et aliarum rerum inaccessibilium quarum puncta perpendicularis consistentie sunt ignota et non visa.

20a [I]dem quod proponit precedens cum instrumento gnomonico et unitate stationis faciendo invenire. [Exempli gratia] Sit a altitudo visa. [Erige] instrumentum gnomonicum degk super plano perpendiculariter et equidistanter orizonti et pone oculum tuum in puncto opposito altitudini quod est punctum g et vide a et radius visualis intersecabit latus quod est versus altitudinem quod est latus ek vel transibit per cornu e vel intersecabit latus ed. [Si intersecat] primo latus ek in puncto f quod punctum fac notum diligenter postea eleva oculum usque d tamdiu quousque radius transeat per cornu e et nota bene locum ubi stat oculus in latere dg quod sit punctum c. [Quibus] factis vide qualis est proportio fk ad cd talis est ba secundum distantie inter punctum rei vise et punctum perpendicularis consistentie ad ha protracta linea ch equidistanter orizonti secundum lineam gb sed proportio fk ad cd est nota quia utraque linea nota ergo proportio ba ad h erit nota et tota hb nota quia est equalis cg ergo per 3am suppositionem ha erit nota et tota ba nota et illud est primum quod petitur. [Secundum] hec sic probabis vide qualis est proportio fk ad kg talis est ab ad bg modo proportio fk ad kg est nota quia utraque nota ergo proportio ab ad gb erit nota et ab est nota ergo bg erit nota quod fuit secundum propositum. [Tertium] sic habebis prout alibi dictum est ducas ab in se quadrate et bg in se quadrate et summam addas adinvicem et producti accipe radicem et erit ag. [Illud] etiam potest fieri mutando instrumentum et faciendo duas stationes et tunc est eadem operatio prout in precedente quia latus instrumenti quod respicit altitudinem omnino ponitur loco virge recte. Antequam probatur sequitur quia qualis est proportio fk ad cd talis est ba ad ha quod probatur. Vigilanter ibi primo duos triangulos secundum triangulum ecd et cha qui sunt equianguli quia angulus a est rectus et h est rectus et angulus dce equalis angulo a quia sunt coalterni positi inter duas lineas equidistantes que sunt ha et dc quas secat linea ac per secundam partem 29e primi per angulos coalternos equales et per 29am partem 3e eiusdem primi angulus ach est equalis angulo ecd cum ek et dg sint equidistantes et eas secat linea ec ergo per eandem 29am anguli sunt equales ergo per 4am 6i qualis est proportio ed ad dc talis est ch ad ha per 4 sexti permutatim per 16am 5ti qualis est proportio de ad ch talis est dc ad ha. Quibus consideratis alios duos triangulos qui sunt gba et gkf qui etiam sunt equianguli cum b sit rectus et k rectus et fgk communis utrique ergo qualis est proportio gk ad kf talis est gb ad ba per 4 sexti permutatim qualis est gk ad gb talis est ba ad kf et etiam qualis est ed ad ch talis est gk ad gb quia de est equalis gk et ch equalis gb sed qualis est de ad ch talis est cd ad ha ergo qualis est gk ad gb talis est de ad ha et qualis est gk ad gb talis est kf ad ba per 4 sexti permutatim qualis est kf ad cd talis est ba ad ha quod fuit antequam propositum. [Exemplum] ponatur in numeris quod quadratum est aliquid instrumentum. Sit quodlibet latus eius 12 pedum vel digitorum et linea fk 8 et cd 9 et cg invenietur 4 modo 8 ad 9 est proportio subsesquioctava ergo ba ad ha erit proportio sesquinona ergo ba continet ha et eius 9am partem ergo bh est 9a pars ha et bh est 4 pedum quia est equalis cg ergo ha est novies 4 pedum modo novies 4 sunt 36 ergo ha est 36 pedum cui addas 4 secundum correptum bh et erit ba 40 pedum et sic habebis primum in numeris. Tunc qualis est proportio fk ad kg talis est ab ad bg et fk est 8 et kg 12 erit fk ad kg proportio subsesquialtera ergo ab ad bg est proportio subsesquialtera et ab est 40 pedum ergo bg est 60 pedum et ga 72 cum aliquibus minutis. [Secundo] radius transeat per cornu e ex hoc sequitur quod altitudo est equalis longitudini et in precedente erat minor quia trianguli abg et ged sunt equianguli cum d et b sint recti et a et g coalterni inter lineas equidistantes secundum ab et dg ergo qualis est proportio ed ad dg talis est proportio gb ad ba et ed est equalis dg ergo gb est equalis ba. [Tertio] fac scias distantiam inter te et punctum rei vise secundum lineam rectam per 11am quam distantiam ducas in se quadrate et producti accipe medietatem cuius medietatis radix est distantia altitudinis usque ad locum perpendicularis consistentie et etiam illius loci usque ad oculum tuum quia sunt equales ut iam dictum est. [Causa] est quia triangulus cuius altitudo et distantia inter punctum consistentie altitudinis et te et radio visuali est rectilineus et duo eius latera continentia angulum rectum sunt equalia ergo per penultimam primi quadratum lateris respicientis angulum rectum est equale aliis duobus quadratis ergo radix medietatis illius quadrati est latus unum continens angulum rectum. [Tertio] vero radius intersecat latus ed tunc altitudo esset maior longitudine quare contrahe instrumentum quousque sit equalis vel minor et operare ut dictum est in operibus precedentibus. Aliter etiam fierent ille due partes deducte sed gratia brevitatis eas dimittimus dicto.

21a [I]llud quod 19a proponit cum quadrante et astrolabio perficere. [Cum quadrante] primo sit altitudo visa a. Accipe quadrantem et ut in 19a docetur per ambo foramina pinnarum tabularum vide summitatem et nota ubi cadit perpendiculum quod sit punctum g. Deinde nota locum ubi radius visualis cadit in terra quod sit locus p. Postea retrocede secundum lineam rectam super eodem plano et iterum vide ut prius et nota locum ubi perpendiculum cadit quod sit punctum l in latere quadrantis et iterum nota locum ubi radius visualis cadit in terra quod sit locus q. [Quibus] factis si utrobique perpendiculum cadit super latus contrarie recte erit altitudo minor quam illarum duarum longitudinum et vide qualis est proportio punctorum

f g ad puncta l k talis est proportio q b ad p b. modo proportio f g ad l k est nota quia utraque puncta sunt nota, igitur proportio q b ad p b erit nota, et cum sit q p est nota, igitur totum p b erit notum et etiam q b. Quod si dubitas ubi cadat radius visualis, sic dico: videns a summitate signum sine quadrante non moveat, et inspice per ambo foramina ponendo oculum iuxta aliud foramen alterius tabule et vide punctum in terra ubi cadit radius et ibi fac signum, nam ille est locus quesitus. Si vero perpendiculum cadet super latus umbre verse vel umbre recte in uno quadrantis et alia in alio latere, vide secundum quod talis est proportio maioris numeri illorum punctorum ad minorem, talis est proportio maioris distantie ad minorem et operis ut in prima parte demonstratio huius patet, scilicet in ista figura distantia p b vel q b similis sunt b a et a p et etiam a q ut docet nitte predictum. Si vero habes astrolabium suspende ipsum in summitate manu et tunc diu deprime vel eleva regulam quousque per ambo foramina pinnarum tabularum videas summitatem et nota puncta que abscidit regula et etiam locum ubi cadit radius in terra et iterum retrocede secundum lineam rectam vel procede et nota etiam puncta que abscidit regula et etiam locum in terra. Postea vide qualis est proportio punctorum maioris numeri ad minorem, talis est maioris distantie ad minorem. Cum proportio maioris numeri ad minorem est nota, igitur et maioris distantie ad minorem et differentia est nota, igitur tota distantia erit nota. Et scias quod istud opus de astrolabio probatur sicut opus de quadrante et eodem modo operandum est si cadit regula in utraque statione super puncta umbre verse simul vel simul in una super umbram rectam et in alia supra versam sicut patet in figura quia qualis est proportio c d ad g f talis est p b ad q b quod demonstratum est.

Altitudinem rei supra montem erecte cuius altitudinis tantum inferior // quod sit dictum in 19ª et summitas videntur oculo existente in valle mensurare. Sit a b altitudo 22ª
turris vel castri super montem b c cuius altitudinis a summitas et b terminus inferior videntur ab oculo in valle. Mensuras altitudinem a b a usque ad locum perpendicularis subsistentem ei et sit c per 19ª huius vel aliquod sequentium. Postea mensuras altitudinem a b usque ad eundem locum perpendicularis subsistentem per easdem. Secundo subtrahe minorem altitudinem a maiori et remanebit altitudo a b quia si a toto a g subtrahas altitudinem montis remanet altitudo turris. Hoc idem potest per 10ª huius quia summitas et terminus inferior illius altitudinis sunt duo termini equidistantes visui et oculis.



Altitudinem mensurare oculo existente in summitate altitudinis et videre a latere 23ª
aliquod signum in plano usque ad locum perpendicularis subsistentem altitudini
ac etiam distantiam inter signum visum et locum perpendicularis subsistentem cum duabus
virgis rectis invenire et etiam distantiam inter oculum et signum in plano visum secundum lineam
rectam patefacere. Unde manifestum est quod si altitudo sit nota cum puncti in
plano visi usque ad locum perpendicularis subsistentem altitudini distantia poterit esse nota.

Sit a f cuius altitudo puta turris vel montis et fac ut super illam altitudinem habeas aliquod tabulatum de plano equidistans orizonti vel ponas unum asserem rectum et planum qui sit a b et sit g signum visum in plano. Secundo accipe unam virgam rectam quam erige perpendiculariter super planum a b que virga sit f h, ita situata quod oculus existens in summitate virge f h videat signum g et radius visualis transeat per punctum b. Deinde retrocede per lineam rectam in plano a b et accipe aliam virgam rectam equalem virge f h que sit e l quam erige perpendiculariter super planum a b et pone oculum in eius summitate et vide signum g in plano et nota ubi radius visualis intersecat lineam scilicet planum a b quod est super altitudinem que sit punctus d. Quibus ordinatis vide qualis est proportio l d ad f b talis est proportio p g ad q g. Ymaginatio quod p sit punctus perpendicularis subsistens linee e l et q linee f h, item quod e p et h q sunt due linee equales et equidistantes. Sed proportio l d ad f b est nota quia utraque linea est nota, igitur proportio p g ad q g erit nota quia eadem et extremum p q est notum quia est equalis l f, igitur tota linea q g erit nota et etiam linea p g nota et hoc est unum quod erat propositum. Secundum autem sic habeas: vide qualis est proportio d l ad l e talis est proportio g p ad p e. Sed proportio d l ad l e est nota quia utraque linea nota, igitur proportio g p ad p e erit nota. Sed g p est nota, igitur p e erit nota que est altitudo usque ad locum perpendicularis subsistentem. Tertium patet quia triangulus e p g est rectangulus et duo latera continentia angulum rectum sunt nota, igitur duc ea in se quadrate et quadrata adde simul et producti radix est e g per penultimam primi. Corollarium patet quia si altitudo fuerit nota pone super eius plano virgam rectam perpendicularem que sit f h et sit g aliquod punctum in plano visum quia sicut argutum est de g ita de quolibet alio. Tunc pone oculum in summitate virge f h et vide g et nota ubi radius intersecat planum altitudinis et sit punctus b. Postea vide qualis est proportio h f ad f b talis est h q ad q g. Modo proportio h f ad f b est nota quia utraque nota, igitur proportio h q ad q g erit nota et totum h q est notum quia utraque eius pars nota, igitur q g erit nota. Eodem modo probabitur ubicumque ponatur g. Premium autem assumptum probatur videlicet quod qualis est proportio l d ad f b talis p g ad q g. Ymaginor enim duos triangulos qui sunt e l d et e p g quos dico esse equiangulos quia angulus p est rectus et e l d rectus et angulus e est communis utrique, igitur per 32 primi qualis est proportio e l ad l d talis est e p ad p g. Item ymaginor alios duos triangulos qui sunt h f b et h q g quos etiam dico equiangulos quia angulus q est rectus et f rectus et h communis utrique, igitur qualis est proportio h f ad f b talis est h q ad q g. Ergo permutatim qualis est h f ad h q talis est f b ad q g. Sed qualis est h f ad h q talis est l d ad p g quia e l et h f et e p et h q sunt equales, igitur qualis est e l ad l p talis f b ad q g quia e l et h f et e p et h q sunt equales. Sed qualis e l ad e p talis l d ad p g, igitur qualis l d ad p g talis f b ad q g, igitur permutatim qualis est
l d ad f b talis p g ad q g quod fuit probandum.

24ª Item quod proponit precedens cum gnomonico instrumento perficere. Sit ut prius altitudo r f e q super plano quod sit a r. erige instrumentum perpendiculariter quod sit d l r f et super cono d pono oculum et video unum signum in plano quod sit g tunc radius visualis intersecat latus l r vel latus r f vel transibit per conum r. Intersecet primo latus r f in puncto s et vide quanta est linea f s et nota locum in plano ubi stat f. deinde finem lignorum versus extrahe instrumentum vel accipe aliud instrumentum omnino equale primo instrumento quod sit k a t b et pone oculum in cono e et vide g et nota ubi radius intersecat latus t b et sit punctum h quo facto vide qualis est proportio b h ad f s talis est p g ad g q et in omnibus operare et argue sicut in precedenti. Si vero radius transeat per conum r tunc altitudo esset equalis longitudini primo. Extrahe instrumentum ut prius et tunc radius necessario intersecabit latus t k et vide qualis est proportio totius lateris instrumenti ad puncta que sunt super r in latere t k talis est proportio p g ad q g probabitur sicut primo. Si radius intersecaret latus l r tunc necessario intersecabit planum quod latus instrumenti et nota illum locum postea pone instrumentum [illegible] et item vide g et nota ubi radius intersecat planum g et operare ut in precedenti quia latus instrumenti erectum est loco virge vice [illegible] gnomonico unica

25ª Quod proponit due immediate precedentes cum dicto instrumento stacione complere. Erit ut prius altitudo r f e q. sit a instrumentum ut dictum est et fac ut videas aliquod signum in plano [illegible] longe quod radius intersecet latus quod opponitur illi quod est latus l r et nota punctum intersectionis quod sit punctum s postea move oculum instrumenti quousque videas eundem signum in plano quod prius videbas quod sit g radius transeat per conum r et nota ubi stat oculus et sit punctum t. [illegible] ordinatis vide qualis est proportio l s ad r f talis est proportio d q ad e q sed proportio l s ad r f est nota quia utraque est nota ergo proportio d q ad e q erit nota et e d excessus est notus ergo e q erit nota et totum d q nota que est altitudo cum instrumento a qua subtrahe latus instrumenti et remanebit f q altitudo et hec est prima quod [illegible] proponit et in illa investigatione tunc [illegible] corollarium habebis [illegible] et alia ut in aliis primis ante probatur [illegible] duos triangulos que sunt d l s et d q g que sunt equianguli et alios duos triangulos que sunt r f s et e q g que etiam sunt equianguli [illegible] operatis deduces [illegible] precedentem in 20ª deducitur. Si vero radius intersecaret latus r f videres punctum in plano quod sit x sit [illegible] et sit punctum intersectionis k postea pone oculum in latere d l et tunc diu move oculum quod videas per radio transeunte per conum r et sit punctum ubi est oculus h tunc [illegible] a puncto x unam lineam perpendicularem super plano q x [illegible] vero vel [illegible] que sit equalis d q et [illegible] latus instrumenti d l [illegible] quousque contingat cum [illegible] linea [illegible] in puncto o deinde vide qualis est proportio f k ad h l talis est d o ad h o sed proportio f k ad h l est nota [illegible] d o ad h o erit nota et excessus est notus [illegible] totum linea d o erit nota et ipsa est equalis x q quia o x et d q sunt equales et equidistantes [illegible] x q erit nota et hoc est [illegible] quod 23ª proponit. Alia [illegible] sicut in 23ª dictum est et deduces ymaginando triangulos d k h et d x q equiangulos et h l r et h o x


26ª Item quod proponit precedentes tres cum duabus virgis rectis aliter. Ac equiangulos invenire. Sit altitudo h a. Ordinabisque duas virgas rectas taliter quod constituant angulum que sit medietas recti quod sit [illegible] accipe virgas rectas et fac ut constituant angulum rectum [illegible] latorum [illegible] potius sit facere. Erunt a b et c d due linee recte deinde pone a b perpendiculariter super c d in puncto f vel in puncto c et eam firma [illegible] a b et b c [illegible] constituent angulum b rectum [illegible] pone equalis [illegible] deinde duc lineam a c tunc dico quod angulus a est medietas recti et etiam angulus c est medietas recti quia trianguli a b c duo latera sunt equalia [illegible] anguli que sunt super basim equales et quia a est rectus erit [illegible] 32ª primi [illegible] angulorum c et b medietas recti sic [illegible] c d et c b continens angulum est medietas recti et [illegible] nec angulus [illegible] vel unum [illegible] ordinatis pone unam ipsarum que sit c b perpendiculariter super plano notis et pone oculum in cono c et [illegible] videbis signum c et signum d linee c d vide unum punctum in plano que sit g deinde [illegible] linea c g [illegible] in 4ª [illegible] et sit f punctum perpendicularis sub qua stes altitudinis [illegible] linea [illegible] a b g [illegible] distantie orizontis usque substat altitudinis tunc [illegible] triangulus que est c g f in angulus f est rectus et c medietas recti [illegible] et g medietas recti [illegible] latera c f et f g sunt equalia et quia latus c g est notum erit [illegible] notum et [illegible] est equale duorum [illegible] laterum c f et f g [illegible] latus c g nota accipe medietatem [illegible] medietatis radix est linea c f et etiam f g que sunt equales et [illegible] nota. Corollarium et [illegible] altitudo est nota sicut in 23ª [illegible]

27ª Quod proponit quatuor precedentes cum quadrante et etiam cum astrolabio complere. Sit p q s t si habes quadrantem accipe eum et per [illegible] vide aliquod signum in plano que sit g posito cono quadrantis ubi est [illegible] oculum [illegible] et nota puncta que abscindit perpendiculum que sit [illegible] nota [illegible] locum ubi stas que sit s postea [illegible] plano [illegible] linea recta et item vide signum g sicut prius et nota puncta que abscindit perpendiculum que sit a d et nota locum 2ª vice ubi stas [illegible] locum [illegible] est planta pedis que sit t [illegible] vide qualis est proportio maioris numeri punctorum ad minorem talis est proportio p g ad q g [illegible] quod p sit punctum [illegible] t et q [illegible] s [illegible] proportio maioris numeri punctorum ad minorem est nota ergo et proportio p g ad q g erit nota et excessus p q est notus [illegible] est [illegible] totum linea p g erit nota et etiam q g et hec est [illegible] proposita. Alia [illegible] sicut perpendiculum intersecat latus [illegible] tunc longitudo est minor altitudine et vide qualis est proportio 12 ad puncta que abscindit perpendiculum talis est proportio longitudinis ad altitudinem [illegible] proportio 12 ad [illegible] puncta est nota [illegible] est nota [illegible] proportio longitudinis ad altitudinem erit nota et longitudo est nota [illegible] et altitudo a qua subtrahe distantiam que est [illegible] oculum [illegible] planum altitudinis et habebis altitudinem que est [illegible] et corollarium [illegible] sicut in 23ª [illegible] f r l et k g q [illegible] locum

ubi stat oculus in prima statione sit equalis et cum termino c ad c h p g posito quod h sit locus ubi sit oculus in 2a statione sit equalis d' quod arguere sicut in 23a Preterea predictis omnibus sit latus
vbe... altitudo esset ad longitudinem et tunc videt ... proportio ... ad puncta q ab ... pedicla
talis esset altitudo ad longitudinem Et postea in vna statione intuere in tonum ... in 2a vertio ...
Preterea ... aspectum supponere ipsum in manu tua fixe et tunc deinde deprime vel eleua regulam
quousque videas aliquem terminum in plano qui sit g et nota locum ubi stas postea intuere in plano altitudinis ...
... et vide terminum g ut prius eleuando vel deprimendo regulam et nota locum ubi stas postea
vide qualis est proportio maioris numeri punctorum ad minorem talis est proportio distantie que est inter puncta
perpendicularis consistentes ... ad distantiam que est inter puncta perpendicularis consistentes prime stationis
et g ... operandum est et arguendum sicut habes quantitatem ... in omnibus aliis

Altitudinem rei erecte in valle oculo existente in monte et videre summitatem 28a
et terminum inferiorem altitudinis invenire. Sit b a altitudo in valle erecta et oculus sit
in monte c d ... altitudinem montis in quo est oculus ad summitatem altitudinis existentis in valle
que sit altitudo e c et ... altitudinem montis ... ad terminum inferiorem altitudinis existentis in valle que sit
altitudo f c ... subtrahe altitudinem e c ab altitudine f c et remanebit linea e f que
est equalis altitudini ... linea a c ... equidistans orizonti a summitate altitudinis a b
et linea b f ... equales et equidistantes et a summitatibus earum protrahuntur linee a b et e f que per 23am
equales esse probantur hoc ... Altitudinis existentis in valle
Idem quod proponit precedens eciam termino inferiori altitudinis non tamen viso aliquo 29a
termino in plano invenire ac eciam distanciam inter terminum in plano visum et
locum perpendicularis consistentem altitudinis existentis in valle et distanciam iterum terminum
illum et summitatem eiusdem altitudinis secundum lineam rectam patefacere. Ex quo manifestum est quod distancia inter puncta perpendicularis consistencia illis duabus altitudinibus
ipsis terminis inferioribus minime visis erit nota. Sit altitudo in valle existens a b
cuius summitas sit a visa ab oculo existente in monte c d et termino b non viso et sit g punctum
in plano quod videtur et sit d punctum perpendicularis consistens altitudinis c ... et b sit punctum perpendicularis
... precedentibus ... altitudinem c d ... ponendo quod a ... visus
... linea a f equidistans ... linee d b et ... precedens habebis lineam d f que est equalis a b et
... linea a f per 2am partem 23e ... et ... equalis b d que est distancia punctorum
perpendicularium consistencium et ... linea g d per eandem 2am partem 23e quod subtrahe
a tota ... que est equalis d b et remanebit linea g b et hoc est ... quod ... proponit ...
que est ab g duo latera ... nota et ... est linea a g quod fuit ...
Excessum cuiuslibet altitudinis super aliam oculo existente in vna siue in [ad] proposito 30a
altiori siue in bassiori et videre summitatem altitudinis et aliquem terminum bassiorem
eius inter eas existentem invenire et distanciam inter terminum illum et locum perpendicularis
consistentem utriusque altitudinis et lineas rectas ab illo termino ad utriusque summitatem
habere. Sit a b et c d due altitudines inequales et sit c d altior et in ipsa consistat oculus
per precedentem ... a b et per 23am ... c d et subtrahe a b a c d et residuum est excessus c d super
a b ... a g b et g d ... ut docet precedens et eciam lineas a g et c g ut ... precedentis
... oculus consistat in bassiori pone aliquod planum equidistans orizonti super eo et ...
a f a c ... planum equidistans orizonti et f c esset altitudo super ... ut docet 18a
19a vel 20a ... illa altitudo est excessus maioris super minorem ... ab per 23am ... adde
f c et habebis altitudinem c d ... hoc ... non ... linea a f ...
vel per 8am vel 19am ... subtrahe lineam g b et remanebit g d lineas a g et g c ...
ut docet ... precedentis ... trianguli ... a b g et c d g duo latera ... cum ...
Putei cuius terminus inferior videtur profunditatem habere. Illi ... 31a
Terminus inferior dicitur aliquis punctus ... lateris putei et fundi eius sit in puteus a b c d
cuius terminus inferior qui est b videtur accipe unam virgam rectam vel unam cordam bene tensam et eam pone
diametro oris putei que sit linea a d postea accipe vnam aliam virgam rectam ... notetur
... pone perpendiculariter ... lineam ad in termino a que sit linea a g et pone oculum in ... summitate ... puncto
g et vide terminum b et nota ubi radius visualis intersecat diametrum oris putei que est linea a d que sit
punctum h ... ordinatis vide qualis est proportio h a ad a g talis est h d ad d b ... proportio h a
